






Iste liber [illegible] vir[illegible]
[illegible]
liber [illegible]
valentin[illegible]
[illegible]

[illegible]
[illegible]

s sapabit

λ Lt b hic ... non x lil

Nulla tres habuit eludentes

Abstulit una tussis duos et una duos

Ter... non habet quid tollere possit

Iam potest omnes secura tussire diebus


Is liber subentu est

tesa

degaz

et x

et lentis edulio



sedem

Verehrtester Herr College,

Beygehend erfolgt die Handschrift des Breviarii, mit ergebenstem Dank für die gütige Mittheilung zurück. Sie ist vollständig, denn die letzte Seite schließt zwar mit dem Codex Gregorianus, aber der Hermogenianus und Papinianus sind, vermuthlich um keine neue Seite anzufangen, von derselben alten Hand auf den Rand des vorletzten Blattes geschrieben. Folgendes habe ich bemerkt:

Cod. Theod. In der Regel nur Inscription und Subscription, so daß der eigentliche Text fehlt, der nur selten vorhanden ist. Die Interpretation ganz gegeben.

Novellae Theodosii. Blos Inscr. Subscr. u. Interpretatio. An der Spitze ist die Nov. Theod. de Theodosiani codicis auctoritate markirt.

Valentiniani. Mehrere Novellen ganz, welche keine Interpretation haben: bey den andern blos Inscr. Subscr. u. interpretatio.

Martiani. Blos Inscr. Subscr. u. interpretatio.

Majoriani. Fast die ganz bey Sichard vorhanden, aber blos Inscr. Subscr. u. interpretatio, dann eine Reihe ganzer Novellen

III. de ortu imperii

IV. de indulgentiis reliquorum

V. de defensoribus civitatum

VI. de aedificiis curialium

VII. de bonis caducis

VIII. de sanctimonialibus

Severi. Blos Inscr. Subscr. u. interpretatio.

Gajus in einem Auszug in 15 Titeln: der Titel de substitt. fehlt. der de obligationibus ist XVI. u. qu. m. oblig. tollitur XVII.

Paulus. Hier ist häufig Text vorhanden, welcher aber beynahe immer an die vorhergehende Interpretation angeschlossen ist; öfters ist der Text, wo keine Interpretation da war, selbstständig gegeben.

Gregor. In der Regel bloß Text. Dabey d. interpretatio. Zuweilen auch Text.

Hermogen. Bloß interpretatio.

Papinian. Ein Auszug

Die Handschrift gehört also zu den wenigen (es mögen deren etwa 10–12 seyn) welche in den Novellen mehr, als das Breviar, aus dem ächten Codex Theodos. liefern. Sie hat, da ihre Eigenthümlichkeit in den Novellen des Majorianus beruht, insofern ~~Verwandtschaft~~ Verwandtschaft mit der einen Handschrift von Keller (ehemals Meerman. 600) und der Pariser 4406.

Ihr ergebenster

D. Biener.

Zu bemerken ist, daß die H. 2 Blätter zu viel numerirt ist, indem von 103 sogleich auf 106 in der Zählung gesprungen wird. Daß nichts fehlt, beweist der Text der Novelle.

Hänel.

Antiquissime leges

1.

Antiquissime leges [illegible]

IN XPI NOMINE
INCPT LIBER
LEGUM AUCTORI
TAS ALARICI REGIS

Utilitates populi nostri propitia diuinitate trac
tantes hoc quoq; quod in legibus uidebatur ini
quum meliori deliberatione corregimus.
Ut omnes legum romanarum et antiqui iuris obscuri
tas adhibitis sacerdotibus ac nobilibus uiris in lucem
intellegentiae melioris deducta resplendeat et nihil
habeatur ambiguum unde se diuturna aut diuersa
iurgantium inpugnat obiectio. Quibus omnibus enu
cleatis atq; in unum librum prudentium electione
collectis haec quae excerta sunt uel clariori inter
pretatione conposita uenerabilium episcoporum
uel electorum prouincialium nostrorum robora
uit adsensus. Et ideo subscriptum librum qui in the
sauris habetur oblatus tibi pro distringendis
negotiis nostra iussit clementia distinari. Ut iuxta
eius seriem uniuersa causarum sopiatur intentio.

:dapū

Nec aliud cuicumq; aut de legibus. aut de iure liceat. in disceptatione proponere. Nisi quod directi libri et subscripti uiri spectabilis anniani manu sicut iussimus ordo conplectatur. Prouidere ergo te conuenit ut in foro tuo nulla alia lex. neq; iuris formola proferri uel recipi praesumatur. Quod si factum fortasse constiterit. ut ad periculum capitis tui. aut ad dispendium tuarum noueris facultatum. Hanc uero praeceptione directis libris iussimus adherere. ut uniuersos ordinationis nostrae. et disciplina teneat et poena constringat.

IN HOC CORPORE CONTINENTUR LEGES SIUE SPECIES IURIS DE THEODOSIANO. UEL DIUERSIS LIBRIS ELECTAE UEL SICUT PRECEPTUM EST EXPLANATAE. ANNO XXI. REGNANTE ALARICO ORDINANTE UIR INLUSTER GOTHARICO COMITE. FELICITER. EXPLICIT TITULI LEGUM EX CORPORE THEODOSIANI EXPLANATI.

EXPLICIT CAPT. DE LIBRO. I.

INCPT THEODOSIANI LIBRI I
DE CONSTITUTIONIBUS PRINCIPUM
ET EDICTIS.

Imp. CONSTANTINUS AUGUSTUS AD LUSITANOS.
Si quae post haec editae constitutionis sine die et consule
fuerint deprehensae auctoritate careant.
Dat. VII. k. aug. Sabariae Probiano et Iuliano consulib.
Int. Quaecumq. leges principum sine die et consule fuerint pro
latae non valeant.
Imppp. Valentinianus Theodosius et Archadius AAA.
Flaviano pp. Illirici et Italiae.
Dat. VI. k. iun. Vincentia Egyptiano et Symmacho consulibus.
Int. Leges nescire nulli liceat aut quae sunt statuta
contemnere. Dat. III. k. mar. Constantinopoli
domno Theodosio XIII. et Abundantio v.c. consulibus.
Int. Omnes leges non ea quae anteriore tempore facta sunt
damnant sed in futurum observanda constituunt.
Dat. XI. k. septb. Constantinopoli Theodosiani A. III.
et Abundantio v.c. consulibus.
Int. Legem quam omnes communiter tenent unius
persona vel una causa non vacet.
Tit. II. DE DIVERSIS RESCRIPTIS.
Imp. Constantinus A. ad populum. PP. IIII. k.
septb. Rom. Constantino A. IIII. et Licinio A. IIII. cons.
Int. Quaecumq. contra leges fuerint a principibus
obtenta non valeant. Dat. id. decemb. Constantino
A. V. et Licinio caesare.
Int. Beneficia principum quae illi qui meruerint

inter ueniente morte non fuerint consecuti successoribus eorum exsequi liceat. ut beneficia heredum ab auctoribus suis impetrata percipiant. Dat. XI kl iun. niciae pollino. et iuliniano consulibus.

+ s s̄ I. Moratoria perscriptio dicitur. quae causam prolongat. id est quando induciae. a litigatore petuntur a principe. Peremptoria quae causam principalem tollet. id est si litigator beneficio principis sine iudicio causam uellet extingui. et ideo moratoria perscriptio. per rescriptum principis supplicantibus concedi potest. peremptoria concedi non potest. et si concessa fuerit. a principe non ualebit. Dat. III. idus noueb. aquis dalmatio. et zenofilo. consulibus.

Iure falsa prec(atio)ne s̄ non ualeat. I. Quicquid non uere sed falsa precatio. a principe obtinuerit. quia fructus inter uenit non ualebit. Dat. III. non. iul. mediolani constantino a VIII. et iuliano consule.

+ s s̄ I. Feriantur iudices damno. qui data secundum leges. principis praecepta contempserint. aut conludio quocumque distulerint.
Dat. VIII. kl mar. constantinopoli antonino et suagrio u c cons.

+ s s I. Sicuiuslibet rei debitor conuictus propter differendam solutionem a principe indutias inpetrauerit beneficium quod obtinuerit non ualebit. sed cautionem suam implere cogatur.
Dat. XIII kl april constantinopoli archadio III. et honorio III. cons.

+ s s̄ I. Siquis principi de negotio suo preces obtulerit. lite

contestatus ee dinoscitur · et si defunctus fuerit · is qui p ces obtulerit · uel is contra quem obtulit actio et heredibus defuncti et contra heredes pulsati salua permanet quia causa actione contestata ea quae conpetebat defuncto conpetet et heredi · si uero auctor quolibet ordine repetitionem suam praesens non publicauerit heres eius unde auctor actionem non proposuit agere prohibetur.

; auctor : defensor accusator doctor ꝗ

III · DE MANDATIS PRINCIPUM

IMPPP · Gratianus ualentinianus · et theodosius aaa · ad eusignium proc africae ·

Dat · xvi · k iul uerona ec prid k aug merobaude iter et saturnino cons ·

INT · Siquis asserat cum mandatis dominorum se uenire · secretis · omnes sciant nemini quicquam · nisi quod scriptis probauerit · ee credendum nec ullius dignitate terreri · sed in omnibus scriptis principum esse credendum.

+ I qd sine litt n̄ credant mandata dominica ·

IIII · DE RESPONSIS PRUDENTIUM

IMPP · theodosius et ualentinianus · aa · ad senatum urbis romae post alia · papiani · pauli · gai · ulpiani · atq; modestini ·

Dat · vii · id nou rauenn theodosio · xii · et ualentiniano [illegible] a cons ·

INT · Haec lex ostendit quorum iuris conditorum sententiae ualeant · hoc est papiani · pauli · gai · ulpiani · modestini · scebulae · sabini · iuliani · atq; marcelli · quae si fuerint prolatae diuersae sententiae · ubi maior numerus unum senserit uincat · Quod si forsitan aequalis numerus in utraq; parte sit eius partis praecedat

auctoritas in qua papianus cum aequali numero senserit.
quia et singulus papianus uincit. Ita cedit duobus sce
uola sabinus iulianus atque marcellus in suis corpo
ribus non inueniuntur. sed in praefatorum opere
tenentur inserti. Gregorianum uero et ermoge
nianum. Ideo lex ista praeteriit. quia suis auctori
tatibus confirmantur. ex lege priori sub titulo.
de constitutionibus principum et edictis. sed ex his
omnibus iuris consultoribus ex gregoriano.
ermogeniano. gaio. papiano. et paulo. quae necesse
ria causis praesentium temporum uidebantur
elegimus.

V. DE OFFICIO PRAEFECTORUM PRAETORIO.

IMP. Constantinus A. ad bassum praefecto praetorio.
Dat. XVI. K. nouemb. basso et ablauio consulibus.

INT. De causa re petita

INT. Quicumque causa dicta discussoque negotio a quocumque
fuerit superatus et hanc ipsam litem postea repara
re temptauerit. si pro ipso qui ante addictus est
fuerit legibus lata sententia prius iudicium non
ualebit. Nam si et apud alium iudicem fuerit supe
ra tus. si digna idoneaque persona est biennio
in ex ilio deputetur. et media facultatum
suarum fiscus adquirat. si uero indigna
et pauperior persona est in metallum biennium
deputetur.

VI. DE OFFICIO RECTORES PROUINTIAE

IMP. Constantinus A. ad prouintiales.
Dat. K. nouemb. basso et albino consulibus.

I. Officia cleros omnium iudicum uenacles ee. non audeant nec pretium de introitu occurrentium aut litigantium uel egressu requirant. et interpellantes tam diuites quam pauperes sine ullo praemio audiantur. quod si rapaces ee uoluerint gladio puniantur. aut certe de eorum rapacitate dominicis auribus referatur.

4 · s · Ut iudices n̄ sint uenales t rapaces.

Dat k octob aquileia diuoio iano et barroniano consulibus.

II. Iudex hanc sibi praecipuam curam inpendendā ee. cognoscat ut litigantium causas iugiter adhibita aequitate discutiat. scituros non se in secretis domus aut in quibuscumq; angulis finitiuam sententiam prolaturum. sed apertis domus suae ianuis intromissis q; turbis ut nemine lateat. quid secundum legum uel ueritatis ordinē fuerit iudicatum.

\+ s · Ut iudex in secreto nihil definiat

p̄lat · v id sept tuerōn ualentiniano et ualente aa. consulibus.

III. Iudices postquam sede consensu publico in domū suam receperit libellos. a litigatoribus non accipiant nesine officio suo de causis alienis uel de statu aliquid cognoscant.

s · + Ut libelli in publico accipiantur

Dat k april treuer ualentiniano II et uictore u c consulibus.

IIII. Iudices prouinciarum operam dare debebunt. ut per singulos agros et loca sollicita inquisitione discurrant et persequaliter in solutione publici debiti cum possessoribus agatur agnoscant. Cuius rei curam si implere neglexerint querelā ciuium non dubitent in se seuerius simeuindicandam.

s · + Ut iudices prouinciarum curam ...

Dat VIII k decemb raū basso et philippo consulibus.

5

Ut iudices prouideant ne a potentioribus inferiores opprimantur

IT. Iudices prouintiarum sumam sollicitudinem habe
re debebunt. Nec actores potentum aliquid circa
inferiores personas inlicitum ius teque committant.

VII. DE OFFICIO IUDICUM CIUILIUM

Impp. Archadius et Honorius et Theodosius.
AAA. Curtio pp. Dat. III non. febr. rom. Basso et Philippo cons. IT.

S ij

Ut honorati cum in lite uocantur minime residant

IT. Honorati prouintiarum · idest · ex curiae corpore
siet ipsi in lite sunt constituti tempore quo causae alio
rum a iudicibus uentilantur. cum iudice non rese
deant et litigatores meridianis horis iudicem non
salutent. si aliud praesumpserint multam supra
VIII scriptae legis exsoluant. DE OFFICIO IUDICUM MILITARIUM

Impp. Theod. Archadius et Honorius. AAA.
Dat. II. id. febr. constantinopoli theod. A. IIII. et abundantio u. c. cons. IT.

IT. Nulli paenitus in ciuilibus causis militaris uel
tuitio uel exsecutio deputetur.

VIIII. DE OFFICIO IUDICUM OMNIUM.

Imp. Constantinus A. ad Dometium Celsum · u. cons.
Dat. III. id. ian. trium sabino et rufino consulibus.

S ij ·

Ut matrona in publico non trahatur.

IT. Nullus iudicum matronam in domo sua resedentem.
per quem cumque ad praetorem ad publicum aesti
met protrahendam. sed circa eam pro sexus reue
rentiam conuentio honesta seruetur. Cum si quid ea
debere constiterit. Constrictis eius actoribus possit
exsolui. Nam si quis contra fecerit summo supplicio
se adficiendum esse cognoscat.
Dat. XV. kal. iul. constantinopoli. optato et paulino. consulibus.

De pupillis uiduis et egrotis

IT. Si quicumque aduersum pupillos uiduas et aegrotos.

nostrae praeceptae meruerint eos de locis suis commo
uendi uel extra prouinciam suam. nusquam paenitus
protrahendi licentiam submouemus. ut ibi causam suā
dicant. ubi instructiores. eē. testimonia possint. ⁊
facilius inuenire. ⁊ sane si ipsi quorum fatigationi consu
lemus. nos crediderint expetendos. huic uoluntati eorū
ueniendi aditum non negemus. ita aduersarii eorum
sub praesentia principis ad eē. per rectorem prouintiae
conpellantur. Actum in consistorio
merobaud. II. et saturnino. consulibus.

IT. Iudicem praetorium suum de proprio debere con
ponere. et nihil a puitialib; amplius pet(er)e quā e(st) in annonis ut cancel
larius a principe fuerit deputatū. DE DEFENSORIB. CIUITATŪ — Vt iudices ex suo pretoriū suū co(m)ponant.

IMPPP. ualentinianus theod et archadius. AAA. eusignio PPO. IIII. — I.
DAT. VIII. K. Feb. post consolatum et euodio. u. c. consulibus.

IT. Hi instituantur ciuitatum defensores quos consen
sus ciuium et subscriptio uniuersorum elegisse cognos
catur. ⁊ quod si qui defensorum ad hanc rem cupiditate
propriae non interueniente decreto peruenisse pro
batur. pro hac psumptione quinq; libyrum auri
fisco inferre cogatur.
DAT. III. non. mar. constantinopli archadi. ā. II. et ruffino. u. c. cons. I.

IT. Defensores secundum suum nomen curiam uel plebē — Vt innocens nemo condēpnetur aut uerberetur.
sibi conmissam cum omni iustitia. et aequitate defen
dant. nullum de innocentibus aut condemnare
aut uerberare praesumant.
DAT. V. id. apr. constantinopoli archadio. ā. II. et rufino. u. c. consulib.

IT. Per omnes prouintias tales pro studio disciplinae

Qualit latrones distringantur

iudices ordinentur aut cum omni sollicitudine in re
os et latrones remotis potentum patrociniis distric
tionem debitam exercere non differant. ne per
neglegentiam suam aut uenalitate crimina quae
debent puniri proficiant.

XI. DE ADSESSORIB; DOMESTICIS ET CANCELLARIIS.

Impp honorius et theod. aa. eustatio ppo.

INT. Si quis uiuo patre cuius cumq; iudicis consilio
adheserit. quicquid ex iustis et bonis causis adquae
sierit hoc sibi sicu indicet sicut et ille filius qui aliquid
uiuo pat in armis constitutus acceperit.

Dat. x. kl aplis constantinopli d dnn honorio xiii et theod x aa conss.

Qualit cancellarius eligatur:

INT. Omnes iudices euidenter agnoscant in nullo in pro
uintiam sibi commissam de eadem de qua uenit pro
uintia uel de alia regione sibi cancellarium uel
domesticum fortius se coniungere nisi qui eis publi
ce ciuium electione fuerit deputatus. ita ut si postea
fuerit iudex ille remotus. is qui consiliarii uel
domestici gessit officium triennio sub alio iudice
de prouintia non discedat. ut si quis accusator

De triennio.

fortius se extiterit. reddat accusantibus rati
onem et si forte facta iudicis usq; quaq; celare
uoluerit subdatur publice quaestioni

EXPLICIT LIBER I.

INCPNT CPL DE LIBRO · II ·

EXPLICIUNT CAPITULA DE LIBRO II.

INCIPIT LIB. II THEODOSIANI

I. DE IURISDICTIONE UBI QUIS CONUENIRE DEBEAT. Dat. VIII id. mart. Limmio et catulino consulibus.

Imp. Constantinus a. ad eustasium ppo.

INT. Quicumq; in prouintiis iudices ordinati sunt, hoc sibi sciant esse permissum. Ut si aliquos rei dominicae seruos uel colonos reatus inuoluerit, sicuti et priuatos conprehendi eos et puniendi ut culpa exegerit. nullo contradicente patrimoniorum nostrorum ordinatore habeat liberum potestatem. Dat. VIII kal. aug. mediolano urbitione. et lolliano consulib.

INT. Et si ciuilia negotia ad prouintiarum rectores iussimus pertinere tamen quotiens criminalis actio intercesserit. inter illos qui armis nostris militant atq; priuatos. si militaris priuatum in iudicio uocauerit. rector prouintiae audiendi

Ut et iudicibus dominici serui et coloni distringantur.

Quid inter sit inter priuatos et militares.

et iudicandi habeat potestatem. Siue uero priuatus
seruientem nobis in armis uel militantem forte
pulsauerit. Ille causam audiat ad cuius ordinatio
nem is respicit qui militant uel arma tenuerint.
Dat. et aa. viii. kl. octob. constantio. a. viiii. et iulio caes. ii. consulibus.

IT. In omnibus personis quas etiam praesentiae nostrae
dignitas comitatur. hanc uolumus obseruari
sententiam. Ut siquis cuiuscumq; pudicitiam uio
lauerit. poenam statutam iure suscipiat. et qui
cumque direptionem admiserit. in duplum uiolen
ter praesumpta restituat. — Ut qui pudicitiam uiolauerit uel [illegible] rapuerit

IT. Siquis alium crediderit lite pulsandum apud
prouintiae illius iudicem ubi is habitat quem pul
sat negotium suum nouerit proponendum. — Ut lis apud iudicem prouintiae deferatur.

IT. Quotiens a fisco nostro aliquae repetuntur res
apud prouintiae iudicem sub praesentiam nostri
ordinationis agatur ut illo praesente quicquid
iustitiae ordo suaserit iudicetur. — De fisco dominico et iudice

IT. Quicumq; apud alium et non apud suum iudicem
negotium quod habuerit. in initio litis credide
rit proponendum. et exceptis aetate minorib;
quibus lege consultum est. litis ipsius de qua agitur
actione damnetur. Nisi forsitan contra senten
tiam quae aduersus eum dicta fuerit crediderit
appellandum ut apud maioris dignitatis iudices
audiatur. Sane siquis causam habens a iudice
suo se uel per superbiam. uel propter amicitiam
aduersarii sui probauerit non auditum iudicem — Ut nullus iudicem preter competentem aliquem querat.

tentum quantum res de qua agitur ualuerit fisco
nro iubemus exsoluere. et qui consiliis suis adhe
rent exilio poenam pro districtione sustineant.

Ut secundum honorem uirorum feminae appellentur.

INT. Feminas secundum honorem quem uiri earum
meruerint uolumus appellari. ut ad cuius
domum nupta transierit eius proficiat digni
tatem et negotiis suis in eorum foro ubi est
maritum secuta respondeat.

Ut de minoribus criminibus definiatur apud mediocres iudices. De maioribus autem apud rectorem prouinciae.

INT. Quotiens de paruis criminibus id est unius
serui fuga. aut sublati iumenti. aut modicae
terrae seu domus inuase uel certi fusti id est deten
ti aut peruenti sub criminis nomine actio for
tasse processerit ad mediocres iudices qui pub
licam disciplinam obseruant. Id est. aut defenso
res aut adsertores pacis uindictam eius rei
decernimus pertinere. Ad rectorem uero
prouinciae illud negotium criminale perueniat.
ubi de personarum. inscriptione agitur uel
maior causa est quae non nisi ab ordinario
iudice recitata lege sententia debeat terminari.
quod praeceptum si fuerit praetermissum
officiales qui negotia intromittunt quinq;
libras auri se nouerint esse damnandos.

Ut nullus iudicem proprium contempnat.

INT. Quisquis contempto prouinciae iudice ad illos
qui armatos praeesse noscuntur causam suā
crediderit transferendam exilium se de
putandum esse. cognoscat. et eum qui causam
illius susceperit proponendam. decē librarū

auries se damnendum.

INT. Iudaei omnes qui romani esse noscuntur. hoc solum apud religionis suae maioris agant quod ad religionis eorum pertinet disciplinam. ita ut inter se quae sunt ebraeis legibus statuta custodiant. Alia uero negotia quae legibus nris continentur. et ad forum respiciunt apud iudicem prouinciae eo quo omnes iure confligant. sane si apud maiores legis suae consentientes ambe partes de solo tamen ciuili negotio audiri uoluerint quod inter ueniente conpromisso arbitrali iudicio terminatur tali hesit quasi ex praecepto iudicis fuerit diffinitum

De iudeis a leg... religione ... romana.

INT. Si quis in domibus dominicis criminosus potuerit inueniri prouinciae iudex praesentiam non spectet actoris. sed mox reum conpraehensum ne aliquo conludio effugiat sub di iubeat publice disciplinae.

De criminosis in domibus dominicis

INT. Cum pro obiecto crimine aliquis audiendus est. quinque nobilissimi uiri iudices. de reliquis sibi similibus missis sortibus. elegentur. ne studio uideantur electi et de capite dicere. aut innocentia alterius uideantur facile iudicari.

De quinque nobili... onb: secularis

II. NE IN SUA CAUSA QUIS IUDICET.

IMPPP. ualens gratianus et ualentinianus aaa ad grachum ppo.

INT. Omnes praeceptio nra constringat ut nullus in sua causa iudex sit. quia sicut testimonium unusquis pro se dicere non potest. ita nec pro se poterit

Ut nullus in sua causa sit iudex.

iudicare. III. DE OMISSA ACTIONIS INPETRAT.

IMPPP. theodosius et ualentinianus aa hierio ppo post alia.

INT. Nullus per hoc praeiudicium negotii uideatur incurrere quod in cuiuscumq; audientiam causae suae actio non peruenerit ad effectum solummodo. ut uox sue rationabilis cum pposuerit comprobetur.

IIII. DE DENUNTIATIONE UEL EDICTIONE RESCRIPTI.

IMP. constantinus. a. ad simachum.

INT. Si quis contra eos qui in annis minoribus constituti sunt. litem forte commouerit. aut si a parte ipsorum reus. aliquis arguatur. ex eo tempore non putanda sunt. ex quo tutor siue curator. minoris aut per iudicem aut per curiam intulerit seu exceperit actionem. ita tamen ut si in diuersis prouinciis istius officii homines sunt. id est. tutores uel curatores qui minorum causas tueantur. qui in eadem prouinciam fuerint ubi inuentio nata probatur. ipsi aut ingerant aut excipiant actiones. quia nolumus aut ad aliam prouinciam defensores minorum pro audientiae necessitate ducantur.

INT. Contestari apud rectores prouinciae uel defensores aut omnes apud quos gesta conficiuntur. litem iubemus ne ullus nomen absentis aut mortui uel qui non potuerit inueniri. in eo lites contestationes recipiat. ne fulsitatis inueniatur occasio.

INT. Contestatio locum habere non potest . quando ali
quis ad soluendum debitum certa cautione uincitur.

INT. Post eaquā per scripturam lis fuerit contestata
& per publicā . conuentionem quisquis ille . ē . qui
pulsatur agnouerit . Tunc lis inchoata dicatur . sita
men litigantum pfectae probantur aetatis .
Nam siquis principis beneficio contra rationē
legis causae suae tēpora sperauerit prolonga
ri quicquid pro hac re meruerit . non ualebit .

INT. Licet in negotiis quae per actionem elicitam incho
ari uidentur . Legitimus ad respondendum tem
porū cursus sēp obseruandus sit . specialiter eos .
qui aliqua p uaserint non patimur . p quamcumq;
occasionem deferre negotium . Ideoq; cum ille
qui fuerit . depossessione deiectus audientiam
inpetrauerit . iuxta iuris ordinem intra annum
ad recipiendum quae perdidit nullatenus deferat .
nec aliqua peruasori dilatio concedatur . etiamsi
pro hac re deferendae beneficium principis
potuerit . obtinere .

INT. Pro repetendo debito unde certa scriptura pro
feratur . seu de id . quod alicui fidei commissū . ē . ut da
retur aliquis agat . aut aliquis sibi alligat fuisse
peruasum . aut quolibet intra annum beneficio
momenti requirat aut testamentum dicat non ēē
legitimum uel de tutela aliquid p ponat . Non
expectetur . ut priusquod repetit apud acta
p ponat aut ordo ipsius causa peteatur scriptus

Qualiter lis p scrip tura inchoatur

Nota intra annum .

S

Ut sine mora tēporū debitū repetatur unde certa scriptura pfertur .

sed mox apud iudicē sine ulla temporū mora quae p(er) hoc uidetur adferri. causam suā proponat. & omnes partes suae probationis exhibeant. Quam rem & iā in ciuilibus negotiis p(rae)cepimus obseruari. Quae tamen minus quā centum solidorū sūma ē. ualere constiterit.

Ut ecclesiastica negotia sine dilatione finiantur.

INT. Ecclesiarum negotia p(ro) reuerentia s(an)c(t)itatis ac fidei oportet cum ad publicum prolata fuerint. sine aliqua dilatione. finiri nec debent. defensores loci uenerabiles ulla tarditate suspendi.

V DE DOMINIO REI QUAE POSCITUR UEL CONSORTIBUS AB EO CUI DENUNTIATUM FUERIT DOMINANDIS.

IMP. iulianus. A. secundo. ppo. post alia.

INT. Remotis obiectionibus quibus se consortes ad respondendum inuicem. excusabant ut si non in una prouintia uel sub uno iudice omnes essent. dum p(rae)sentiam suam non simul. ee. causantur. repetentes uidebantur inludere. Unde dilationem hanc remouentes. quam patruus noster constantinus consortibus in hac parte praestiterat iubemus ut secundum antiqui iuris ordinem ut quicumque pulsatus fuerit pro sua parte uel persona respondeat. Nec diutius. sub hac occasione repetentem defatiget ille qui possedit.

Ut de communi re pro sua parte quisq(ue) respondeat.

VI. DE TEMPORUM CURSU & REPARATIONIBUS DENUNTIATIONUM.

Imp. Constantinus a(ugustus) iulio u(iro) clarissimo praesidi tarraconensi

INT. Quando aliqua causa necessitate intercedente uel casu promissum tempus excesserit et principali beneficio eam litigator meruerit reparare non amplius addi ad finiendum negotium iudices quam quattuor menses litigatoribus praestent. quibus exactis etiam si dominorum beneficio obtinuerint. nullatenus audiantur.

Nota quattuor m(en)s(e)s e(sse) concessos litigatori

INT. Si repetentem iudex per neglegentiam usque eo distulerit ut causam suam transactis legitimis temporibus perdat omnia quaecumque in illius iuditio iuste sibi potuit uindicare eidem iudicis ipsius facultatibus habita extimatione reddatur.

Ut quaecumque iuste potuit adquirere is qui repetat iudex ex suo reddat. si iustitiam distulerit.

INT. Si unus ex litigatoribus siue pulsatus siue petitor intra constitutum per scripturam tempus fortasse defecerit. tempora quae fuerant statuta successoribus renouentur. ITEM UBI SUPRA

Item de temporibus

INT. Si quis de litigatoribus ab hac luce discesserit heredi eius non ex die qua ille defunctus est sed ex quo hereditatem acceperit actionis tempora quae auctori ad litem constituta fuerant renouentur. Ita tamen ut fructus tempori ex quo res est possessa satisfiat. sed sciat se rem tenere qui petitur. quod si heres in annis sit minoribus constitutus tutori uel curatori ex ea tempora subputentur ex quo pro minorem firmam personam defensionis accepit et rem tenuit.

Ut si litigator mortuus fuerit heres postquam hereditatem acceperit accipiat tempora actionis

Nota fiscus quattuor menses. priuatus sex

INT. Priuatus ad fiscum. si priuatus actionem intendat
quattuor mensium tempora custodienda sunt.
Cum uero fiscus priuato infert aliquam questionem.
sex mensium curricula seruentur. utriq; parti p&en
dae dilationis per defensores suos copia non negan
da. si hoc commoditatis ratio postulauerit.

Item eadem ratio tempora quattuor & sex mensium.

INT. Quando inter fiscum & priuatum possessorem
de rep&itione aliqua fuerit orta contentio si priua
tus fiscum rep&at. quattuor menses ad responden
dum actor fiscalis habebit indutias. si uero fiscus
aliquid a possessore crediderit rep&endum sex
mensium ad respondendum dilatio non negetur.
Dum modo ad praestandas indutias iusta ratio
cognoscatur.

VII. DE DILATIONIBUS.

IMPP. Archad. & honorius aa. messale. ppo. ꝑalia.

Ut si de ingenuitate uel patrimonio causa uertitur. viiii mensium spatium accipiat.

INT. Quotiens de statu ingenuitatis uel de patrimoniis
causa uestitur. sine cessaria negotii intransmari
nis partibus litigatores habere. si dixerint nouem
mensium spatium indubitanter accipiant.

VIII. DE FERIIS.

IMP. Constantinus a. hilpidio.

In die dominico licet emancipare & manumittere & de his rebus cartas scribere.

INT. Quamuis sco die dominico omnes lites ac rep&iti
ones quiescere iusserimus. emancipare tamen ac
manumittere minime prohibemus. & de his reb;
gesta confici pari ordinatione permittimus.

INT. Causas per anni spatio omnibus diebus secundum
legis audire precipimus. & lic& lex quattuor menses

ad fructos colligendos indulserit. sed et ea a prouintiarum qualitate. et pro presentia dominorum credidimus faciendum. ut a die VIII. Kalendarum iuliarum. usq; in kl. agst. messiuae feriae concedant. et de kl agst. usque in. x. kl septbr. agendarum causarum licentia tribuatur, a x. autem kl. septembris usq; in id octobris uindemiales feriae concedantur. Dies etiam dominicorum qui feriati sunt ab audiendis negotiis uel exegendis debitis sequaestramus. scis etiam paschae dies VII. qui antecedunt. et septem qui secuntur. Necnon et dies natalis dni nri uel epyphaniae. sine forinsi strepitu uolumus celebrari; Natalem etiam principis uel initium regni pari reuerentia conuenit obseruari. — Ut a die VIII kl iul usq; in kl aug messiue fer(iae); a x kl sept usq; in id oct uendemiales feriae. Hora natale principis et initium regni.

INT. Dies sabbati nullum iudaeorum aut pro fiscali utilitati aut pro quolibet negotio uolumus conuenire quia religionis eorum dies non debet actione aliqua perturbari. — Ut iudei sabbatum suum custodiant.

VIIII. DE PACTIS ET TRANSACTIONIBUS

Impp. archadius et honorius aa. rufino ppo.

INT. Si quis post XXV. aetatis suae annum aduersus pactionem uel diffinitionem suam quam nulla potestate constrictus emisit. sed uoluntate sua propria fecisse dinoscatur. aut interpellare iudices aut potestatum animos contra hoc quod fecit precibus adire presumpserit aut implere neglexerit ea quae sub sacramenti interpositione diffinitionis suae scriptura testatur non solum ex hoc facto pronuntietur infamis sed nec causam ipsam agere permittatur. et — Quicquid post XXV annos uoluntate ppria factum fuerit stabile permaneat.

poenam quam in pactum constituit cogatur exsol
uere. et quicquid partibus suis per eadem scripturam
fuerat deputatum. illis continuo conferatur qui emis
se pactionis diffinitionem. sine aliqua contrarietate
seruauerint. Illos quoque praecipimus similis poenae
condicione constringi. qui dominorum. nomina cum
iurant placitis inserentes. diffinita implere
neglexerint. quod illis pro munere conseruatae
pactionis adcrescat. qui sacramenta et diffini
ta seruauerint.

X DE POSTULANDO.

Imp Constantinus. A. ad bassum. ppo.

Aduocati id est causas agentes. qui per iniquam cupi
ditatem susceptos. quorum causas acturi sunt propri
os. cogunt de rebus suis taliter scriptura intercedente
placescit ut omnia quae meliora sunt in agris aut in man
cipiis aut in pecoribus ad eos sub promissa defensione
perueniant. et ideo qui tam scelerati in eos quibus patricinio
promittunt. fuerint deprehensi et a conuentu honesto
rum uirorum et a iudiciorum comunione praecipimus
segregari.

De cupiditate aduocatorum.

INT. Quicumque causas suscipere uel agere uoluerit
alienas. hoc sibi nouerit uindicandum. ne uelit in
eo negotio quod susceperit et iudices et adsessores
habere personam.

Ut nullus uel et iudices et assertoris habere personam.

INT. Quicquid uiuo patre filius aduocatus de causa
rum susceptione adquesierit sibi nouerit uin
dicandum. sicut castrinsim peculium. quod in ar

Quid filius uiuo patre adquirere possit.

mis constitutas filii probantur adquirere. uel illi qui iudiciariam uiuis parentibus meruerint potestatem.

XI DE ERRORIB: ADUOCATORUM

Imp Constantin. a. furio. felici.

INT Aduocatus si in suscepti causa inp iudicium per errorem dixerit p iudicare ei a quo adhibitus e. nullatenus debet si continuo de ipso errore fuerit reclamatum.

De errore aduocator

XII DE COGNITORIB: ET PCURATORIB:

Imp Iulianus a secundo ppo

INT Qui dominus et procurator decuius lib& rei repetitione fuerit institutus. & susceptam litem uiuo mandatore p actionem re petendo fuerit contestatus. etiam si ille qui ei mandatum tale fecerat de hac luce discedat. liceat rem quam repetendam susceperat sibi met defensare. & alium procuratorem in hac causa si uoluerit qui repetat ut dominus ordinare. atq; actionem ad heredes suos successoresq; transmittere. quia sicut in rebus quae possidentur p curatores tantum aduersu pulsantes. nam non et dni possunt firmiter ordinari. ita in rebus quae repetuntur dominus p curatoris quae facere his qui pulsat hac re petit. iure permittetur; solum e. ut mandatum ad uicem donationis factum. actus habeatur

NT

in sestum · ITEM

INT Communes causas absentibus consortibus

de causa co munis absentib consortib: un tpdu res agere posit

alii consortes agere possunt. si illi qui p̄sentes fuerint caveant accepturū ēē illis qui absentes sunt quicquid fuerit iudicatū aut in p̄senti fideiussorem dederint. ut omnia quae definita fuerint implere non differant.

Qualit ad iudicē causa intromittat.

IT. Cū primū ad iudicem causa fuerit intromissa. p̄sonarum firmitas requiratur. ut is qui causā alterius prosequitur. mandatum eius cuius causā agendam susceperit proferre procuret.

Ut uxoris negotiū nil aliud p̄sequat nisi quantū ipsa cōmiserit.

IT. Qui uxoris suae negotium fuerit prosecutus quamuis maritus sit nihil aliud agat. nisi quod ei agendum p̄ mandatum illa conmiserit.

Ut femina nil aliud p̄sequant quā sua causā.

IT. Nulla ratione feminae amplius quā suas causas agendi habeant potestatem. nec alicuius causam á se nouerint prosequendā.

De militantib;

IT. Militantes non permittuntur legibus lites suscipere aliēas nec procuratores fieri possūt.

De p̄curatore & cognitore & domino.

IT. Procurator. ē. cui p̄ mandatū causa committitur. cognitor. ē. cui sine mandato causā suā agendā p̄sens p̄sente iudice litigator iniungit. si procurator aut cognitor tantū modo non dominus & procurator effectus post litē contestatam qū lib& casu de hac luce discesserit. de mandato sibi negotio ad suum nihil transmittit heredem. nisi tantum sumptuū uel expensarū repetitionem quā auctorem suum in suscepta causa fecisse probauerit. Si uero ad mandatorē. redit si p̄sentis p̄curator uincatur. aut

uincat. indominu͂ ueldomino. noninprocuratore͂ uelprocuratori actiotribuæ̃tur. iudicatiidem. ee͂. &inpulsati possessores procuratore pensandu͂ sit. autuincatur autuincat. &siinre͂suamquis fac tus fuerit dominus &p̃curator. &procuratore͂ ipsep̃ sua utilitate iam fecerit. similiter ex itus. reiudicate. dominum respici&non actorem.

DE ACTIONIB; AD POTENTES TRANSLATIS.

IMPP honorius. & theodosius. AA. iohanni. ppo. post alia.

INT. Qui actiones exigendas potentibus dederit. omnedebitum perdant. quiaubi potest ee͂. re petitio potestas adexigendum non deb& acre ditoribus inuitari.

DE HIS QUI POTENTORU͂ NOMINA IN LITE PRAETENDUNT VEL TITULOS PO͂NIS ADFIGUNT.

IMPP Archadius & honorius. A. messale. ppo.

INT. Cognouimus multos. causas suas p̃ potentiu͂ personas excusare uel prosequi. itaut libellos uel titulos eorum in nominibus quidignitate p̃cla risunt quo facilius terreant. possessores. in his domibus quae abeis repetuntur adfigant. aut certe. sialiquid rep&antur. nomine magno rum. & clarissimorum uirorum. probatis. libellis contradictoriis. sespecialiter excu sare. quodsi ex eoru͂ uoluntate factum fuerit.

Ut nemo in sua causa nomen potentioris p̃tendat.

quo nomina libelli testantur publicae debet dignitas eorum pro omniuilitate notari; Ille uero qui causas suas tali fructu de agere agere praesumpserit. plumbatis caesis in metallum damnati perdurent. Undequicumq; conuentus de re in qua dominus ee dinoscatur. si alterius nomine aut alium alterius nomine inquietare praesumpserit causam perdat. & rei de qua agitur seu possessionem seu petitionem amittat. quam uis boni meriti. Negotium. possit habere.

XV. DE DOLO MALO.

Imp. Constantinus. A. ad Symmachum. U. C.

Hic. Dolus malus est. quotiens per aliquam scripturam uel fraudem ea quae diffinita sunt per scripturae argumenta mutentur uel si quis per tartarum subpositione aut subrepetitionem aliquam id quod contra se futurum sit consentire uideatur inducitur. uel cum bis similia addiscuciente iudice probantur admissa. & ideo ille qui quaeritur dolosae fuisse grauatum intra biennium. suas & incipiat & diffiniat actiones. ultra sibi nec ad inchoandum. nec ad diffiniendum tempus nouerit esse concessum. ut illum qui dolum admissis sedicatur. aut illum qui per tali absente ee contigerit. a tempore quo apud iudicem agere coeperit biennium ad diffiniendam actionem sciat sibi ee permissum.

Ut intra biennium dolus diffiniatur

XVI. DE INTEGRI RESTITUTIONE.

IMP. Constantinus. A. ad populum.

Int. In annis minoribus constitutis multum legibus constat. ee prospectum. & ideo aduersu eorum fraudes uel uinditiones quas minoribus aliquib; conmentis extorserint. aut quicquid sub tituli nomine iniustae. egerint nouerint legis benefitio reuocandum.

Int. Iustum uidetur ut post uicesimum & quintum annum ubi uicesimus & sextus annus fuerit ingressus deposita apud iudicē contestationem perat qui sibi uoluerit ea quae in annis minoribus aut per se aut per tutoris uel curatoris uitio male acta sunt. salua & integra pro aetatis infirmitate restitui. In his dudum dum taxat prouintiis. quae ad uigesimum octauum annum si contestatus fuerit integra ei saluo principali negotio quae male admiserat reformentur. Nā & qui serenitati nrae ꝑ uintia aetatis crediderit supplicandum hoc sibi nouerit esse concessum ut sine ꝑiudicii indulgentiae nrae quod in consequenti a lege conꝑhensum ē. usque ad constitutum superius tempus liberum habeat in rerum quas male gesserit propria aetate restitui. Quod si forsitan minor annis in illius hereditate successerit. qui & ipse in annis minoribus ab hac luce discesserit Non prohibendus est. Cum ad uigesimum & sextum. annum. peruenerit. ut sibi unde

Ut legis benefitio reuocetur quod in iuste ablatum ē.

Quae male acta r̄ ante XXV annū possunt restitui post XXVI.

illi conpetebat. repetitionem agendarum rerū
īterposita contestatione requirat. si uero minor
hereditatem illius qui plena et integra aetate
defecit acceperit. mox in integrū fuerit res
titutus. ea tempora in negotiis prosequatur.
quae defuncto maiori legibus conpetebant.
Cum autem maior minori. seu ex testamento
quocumque iure successerit. Cum primum
ad eum hereditas defuncti perueneri
rit. quicquid pupillo potuit pro integri restitu
tione conpetere. in illius transeat actionem.
ita ut illius prouintiae forum sequatur. in qua
defunctus minor habita se dinoscatur.

INT. Minoribus mulieribus et sicut uiris. ita in causis om
nibus subuenitur. maioribus uero mulieribus. pro
fragilitate sexus. in multis rebus quas per ignoran
tiam praetermiserint. sicut lex ipsa loquitur. iubet
eē. consultum. id ē. ut si fideiussores pro quibus cū
q; accesserint pro ipsa fideiussione nec teneantur
obnoxiae. et si in difficilioribus causis. ius uel leges
nescientes mandati epistolam pro negotiis suis for
te sumpserint. ut earum cui mandauerint negotiū
exsequatur. et ille in causa non solum procuratorem
sed etiam dominum si rescripserit deceptas p hanc
fraudem mulieribus subuenitur. Reliqui autem
contractus quos firma aetate sollemnibus scriptu
ris gesserint. in sua firmitate perdurent.

Qualiter subuenitur deceptis mulierib; p fraudē

XVII DE HIS QUI UENIĀ AETATIS IMPETRARUNT.

Imp. Constantinus a. ad uerinum.

INT. Adulescentes qui honestis moribus esse probantur. et ad gubernandas facultates suas idoneam cupiunt habere personam. oportet eos primum antequam ad legitimam aetatem perueniant id est ubi uir uiginti annorum esse coeperit auxilium principis inplorare. et accepto huius rei beneficio eo ordine apud testificationem publicam alligare ut probent se uiginti annorum uel plus securriculam et honestam conuersatione transigere. et sic praedia sua in aliena iura cum decreti tamen interpositione transferre liberam habeant potestatem. feminae uero sicut biennio in pubertate minoris sunt ita et retracto biennio ubi ad octauum decimum annum peruenerint. eas tamen quas morum honestitatis commendat opinio non in publicum annos suos probare cogendae sunt. sed misso procuratore per scripturam annos eos quos superius diximus se habere demonstrent. et similem quam uiri in contractibus habeant facultatem. ita ut qualis uel quam digna persona sit. apud talem iudicem id haec quae dicta sunt debeat adprobare. Ergo cum fuerint post adulescentiam aetas et aetatem firmitati in ipsis quoque scripturis uel uinditionum instrumentis honeste se et firmatis aetate conscribant.

Hoc tamen illis liceat qui beneficium ut diximus principis pro confirmanda aetate meruerint. Nec praedia sua sine iussu iudicis uel decreto quod ex praecepto iudicum ut consensu curialibus datur alienare

Ut adulescens xx annorum et feminae xviii annorum traditionem facere possunt.

32

non p̄sumat

XVIII. DE IUDICIIS .·. Quo modo iudex causam litigantium audire debeat ·

Imp. Constantinus. a̅. ad maximum

Int. Iudex cum causam audire coeperit. litigatorum adsertiones uel responsiones patienter. accipiat. & omnia plena discussione perquirat. nec prius litigantibus sua sententia uell& obuiare. Nisi quando ipse peractis omnibus. iam in contentione non habuerint quod proponant. quousq; re ueritas peruenitur. frequenter interrogari opost&. ne aliquid p̄termissum fortasse remaneat. Quasi apud ipsum causa finienda e̅. totum deb& agnoscere. si uero ita res ex igit. ut ita ad principis notitia. referatur. plena discussis omnibus. data relatione. debet esse suggestio.

Int. Nullus paenitus audiatur. qui unius causa appositione apud duos iudices pasti re uoluerit. Ut apud unum de negotio principali proponat. & ab alio sibi momenta benefitiorem postul&. consignari. Quod si quis hoc facere forsitan se. p̄sup serit. eiusmodi poenas e nouerit condemnandum. Ut nec illud quod rep&it nulla ratione recipiat. & quinta portionem facultatum suarum de quantum ibi possederit. rei publicae ciuitatis illius cedat. in cuius finibus. res. de qua agitur fuerit constituta.

Ut nullus p̄sumat causa una apud duos iudices ex ponere.

XVIIII. DE INOFFICIOSO TESTAMENTO.

Imp. Constantinus a. ad lucrium uirinum.

De fratribus ex diuersis patribus et una matre natis.

INT. Fratribus uterinis id est diuersis patribus et una ma
tre natis. Non liceat de inofficioso contra testa
mentum fratris agere. sed germanis fratribus
praetermissis id est uno patre natis si turpibus per
sonis id est infamibus fuerit hereditas derelicta
hoc est aut per libidinis meretricibus aut pro inhones
to affectu naturalibus. temelicis uel delibertis suis — i. aut certe
agendi contra testamentum licentia reseruatur.
si tamen is ipse germanus non pro crimine suo exilio
fuerit deputatus. aut si per captiuitatem fuerit ser
uus effectus. aut per emancipationem successionis
ut actionis iura perdiderit.

II.

De quarta portione filiis dimittenda

INT. Quamuis leges filiis si praetermissi testamenta fu
erint maiorem quam matribus agendi dederint po
testatem. Ut de inofficioso matris testamento propo
nant id est si quarta debitae portionis filio dimissa
non fuerit. Ita tamen si probare potuerint. quod matris
in nullo laeserint pietatem. sed sicut decuit praesti
tisse. sic testamentum matris in quo praetermissi fue — i. obsequium
rint non ualebit. Nam si mater contra testamen
tum filii quod inofficiosum dixerit agat. debet
diligenter requiri si contra filium mater nihil
egisse probatur. aut si nullis insidiis uel publicae
uel secretae eum laedere fortasse temptauerit.
Ne forsitan consilium aduersus filium mater
inimicis suis quod impium est auxiliumque
praestiterit. Quod si factum non fuerit potest

remouere. ṕtermissa mater. quia ei quastam de rebus suis portionem filius non dimisit. quod si filius fecerit testamentum. si tamen filio frs. consanguinei. agnati. id ē. uno patre nati. aut eorum filii per uirilem sexum. non eē. pro bantur. Nam si mater. ut superius dictum est pro manifestis. inimiciis suis ṕtermissa doce bitur. inuita adquiescat lucesi filii uoluntati
Dat. VII. Kl. agustas coloniae. agrippinae. petati andae telaria no. censae.

De psona infami & fribus ṕtmissis

IT. Si uero pernecessitatem debitā ā dn̄o cum liber tate hereditas fuerit dimissa. quia huius modi. persona uidetur. infamis. fratribus ṕtermissi qui sunt. agendi contra testamentum datur facul tas; ut remota infami persona salua tamen quam quam meruit libertate hereditatem ger mani frs ad se debeant reuocare. Nam & si ṕter missis fratribus. liberti per testamentum he redes fuerint instituti. simili modo germani defuncti eos a bonis fraternae hereditatis ex cludunt. sibique omnia quae requi rant. uindicabunt.
Dat. XIIII. K. iun. tauro & florentio. conbls.

Item de quarta portione filiis danda

IT. Quotiens pater filius per testamentum de fa cultatibus a se dimissis. quastam dari ṕcepe rit portionem. & hoc in nummo fieri bonorum. arbitrio crediderit con mittendum. seu hoc testamento seu donatione conscripserit.

nullam contra patris uoluntatem filius habeat acti
onem · dummodo quartam portionis suae quam esset
habiturus · de omnibus quae temporibus mortis suae
pater relinquitturit consequatur in nummo ·
Dat · VI · K · ianr · patabi merebaude · II · & saturnino cons · L ·

IT · Intra quinq: annos · à die mortis defuncti quicū
que inofficiosum dicere uoluerit testamentum ·
inchoandae actionis licentiam se nouerit habitu
rum; Quod temporis spatium etiam filius sibi
contra parentum testamenta uel uoluntates
agere uoluerint · agnoscant · eē concessum; Quo
transacto; si repetitio inchoata non fuerit omni
um p̄sonarum de inofficioso intentio conquiescat ·
Ceterum intra quinquennium inchoata usque
ad tricennium obtinent actionem
Dat · X · K · mrt · rauenna · post · c · honorio · VIII · &
theodosio · ā consulibus ·

IT · Contra uoluntates defuncti · ita omnia quae
superiore lege sunt statuta seruentur · Ut de in
officioso agere liceat · & si quis se p̄ tertium · dixerit audi
atur · sed ita haec omnia obseruari p̄cepimus · ut si qua
alia propositio fuerit de testamento · uel donatione
quae possit opponi in omnibus audiatur ·

XX · DE INOFFICIOSIS DONATIONIBUS ·

IMP · Constantin · ā · & caes · olibrio ·
IT · Certum · ē · quod donatio facta de inofficiosi
quaerela testamento · similis iudicatur · Contra quā
similiter p̄ termissus · & si ei minus cui haec actio

Ut qui inofficiosū testam̄ uult dicere uoluerit · intra V annos dic̄

Quod inofficiosa donatio cōparetur inofficioso testam̄to ·

:siue. conpetit. quam quartae portionis suae modus est. dimittatur intra quinquennium superius constitutum est. agere permittatur. Et sicut inofficiosum testamentum. Ita potest agere. ut donatio uacuetur.

XXI. DE INOFFICIOSIS DOTIBUS.

Imp. Constantinus a. ad maximum p̄sidem aliciae.

Item de quarta portione filiorum si pro dote fuerit uacuata. INT. Quotiens per dotem ita omnis hereditas euacuari probatur. Ut quarta hereditatis ipsius non fuerit reseruata. liceat filiis ad similitudinem inofficiosi testamenti contra dotem agere. et debitum sibi portionem ex lege repetere.

Dat. XV. K. ianr. sirmio ipso a. x. et iuliano caesare. III. consulibus.

Nota tres uncias id est quartam portionem. INT. Si mulier marito secundo dotem dederit. et ex priore marito filios habuerit et non eis tres uncias id est quartam portionem de rebus suis reseruauerit. Dos quae lege papiam secundo marito data est. non ualebit.

XXII DE HEREDITATIS PETITIONE

Imp. Constantinus a. ad maximum. ppo.

Dat. III. k. febr. sirdicae. ipso a. VII. et caes. cons.

Si ciuis romanus lib. Intercedente culpa latinus liber est factus fuerit. INT. Si quis ciuis romanus libertus intercedente culpa latinus libertus fuerit effectus. sie adem latinitate sine reparatione prioris status ab hac luce discesserit. facultatem illius patronus uel patroni filii uel nepotes. qui tamen per uirilem lineam discendunt. et mancipati non fuerint.

sibi met uindicabuntur. Nec si filios quos ciuis romanus generauit fortasse dimiserit. aliquid de eius hereditate p̄sumant. Quia non querendum ē in qua libertate nati fuerint. sed in qua pater eorum positus contendere defecerit.

XXIII. DE REI UINDICATIONE.

IMPP. Honorius et theodosius aā.

Dat. xv. k. mrt. asclepiodoto. et mariniano consul.

INT. Quicumque militans in solo publico aedificium fortasse construxerit. aut aliquid pro utilitate sua crediderit faciendum. per nullius calumniā poenitus repellatur. sed hoc perpetuum in eius iure permaneat. Id ē. miles nr̄is utilitatibus seruiens. si locum publicum construxerit. ut ad excolendum fortasse tenuerit. si hoc tamen nullus ante a tenuit. cui miles ipsi puasor extiterit. simili ratione possedeat. contra quā rem etiā si subreptum principi fuerit. Non solum imperata non ualeant. Uerū etiā in pbus p̄titor. uiginti libras auri fisco. cogatur exsoluere.

Ut si in solo publico miles ędificium construxerit in p̄petuū teneat.

XXIIII. DE FAMILIAE HERCISCUNDAE.

IMP. Constantin. ā. ad uirinū.

Dat. IIII. k. septb. crispo II. et constantino II. ā. cons.

INT. Quando facultas patris. inter filios uel nepotes diuiditur. specialiter patris uel aui paterni debet in omnibus custodiri. Cuius testamentum etiā si non fuerit p̄fectum aut si non legitimo numero testiū subscribatur. Nec gestis alligetur. tamen si agnoscat.

Ut in diuidenda facultate uoluntas patris tamen aui paterni seruetur

uoluntas

defunctus de quo supradictum .ē. de facultatib; suis aliquid ordinasse. quicquid unum quemque de filiis uel nepotibus cuiuscumq; sexus habere uoluerit hoc sibi sine consortis repetitione defendat. Nec p̄sumat aliquis. quod alter ius consortis auctor ille dimiserit. sed hoc inter filios & nepotes ex filiis masculis obseruetur. quod uoluntate auctoris per quamcumque scripturam probabitur ordinatum.

Dat. IIII id. iun. constantinopoli. constantino & maximo conss.

INT. Licet uirorum bona a iudici uidantur. iniustum sit tamen si mater uiuens facultatem suam filiis p̄ceperit & promiserit diuidendā. & usque exitum uitae suae in eadem uoluntate praestiterit filios facta perduret.

X.

XXV. DE COMMUNI DIUIDENDO.

IMP. Constantinus.

Dat. III. k. mai. pculo & paulino conss.

Ut familia integro muteτ quã separetur

INT. In diuisione patrimoniorum seu fiscaliū dominorum siue priuatorum obseruari specialit̄ debet. ut quia iniustum .ē. filios a parentibus uxores a maritis cum ad quem cum que possessio peruenerit sequestrare. ut mancipia quae permixta fuerint id .ē. uxor cum filiis & marito suo datis uicariis ad unum debeant pertinere. Cui necesse fuerit commutare. quod sollicitudo ordinantiū debet specialiter custodire. ut separatio fieri omnino non possit.

XXVI. DE FINIUM REGUNDORU(M).

IMP. Constantinus A. ad bassum ppo.
Dat. XII. K. iun gallicano & simmacho consul.

INT. Siquis pervasor finium fuerit adprobatus eo quod priusqua(m) aliquid iudicio finiretur id quod aliter tenuerat invasisse. non solum illud quod male p(re)sumpsit amittat. sed ut non quis rem alienam occupet cu(m) fuerit in causa devictus. pervasor iuris alieni tantum spatii restituat quantum p(re)sumpsit invadere. d(at)o Imppp. honorius theod & constantin aaa

Siquis fines alterius pvaserit tantu(m) ex suo restituat quantu(m) invasit

XXVII. SI CERTU(M) P(ET)ITUR DE CYROGRAFIS.
d(at)o Dat. V. K. agt ravenna eustasio & agricola consul.

INT. De cautionibus mortuorum hoc p(re)cepimus observari. ut si debitor absens defunctus fuerit mortuum eu(m) creditor e(ss)e cognoverit. cautionem sua(m) intra quinquennium iudici anon differat publicare. Si vero p(rae)sente creditore defecerit intra bienniu(m) defuncti public& actione(m). Ita tamen ut manus mortui conferatur. & agnosci possit illius e(ss)e subscriptio. Aut convenisse illum duumvir& aliquibus scientib; valeat adprobare causas ipsius debiti. Unde pecunia(m) a contrax(erit) exponat. Quod si supra p(er)sona(m) mortui d&egitur for tasse mentiri. non solum pecuniam non recipiat. sed & aliam veritate(m) legis incurrat. Na(m) de reliquo inter vivoru(m) personas haec observanda decernimus. Ut omnes cautiones debitorum. intra duodecim annos debeant contestari. Ita ut a debitoribus renoventur. quod

De cyrografis
si absens mortuus fuerit Intra quinq; c[…] si p(re)sens In tra biennium

9

siforsitan anteduodecim annos debitorem peregri
nari contigerit iudicis mereatur edictum quod
inpostib; debitores sui procontestatione deb& ad
figere. & homines illius conuenire nondesinat.
uttum fuerit taliter debitum contestatum. excusatio
nem quiperegrinatur. longitemporis habere non
possit. Nec ideose excus& quodnon renouauerit
cautionem. sanesidebitor suã ẽẽ dixerit cautionẽ
sednihil sedeipsacautione adserat accepisse. tẽ
pus deb& inspici cautionis. Utsiintra quinquen
nium cautio conscripta ẽẽ cognoscatur. & pro
batum fuerit quod incautione contin&ur. acceptũ
debitor suã impleat cautionẽ; siuero quae in cauti
onescriptasunt. intra quinquennium tradita
non probantur is. cuius cautio ẽ non teneatur
obnoxius. Nam transacto quinquennio. sic de cau
ta & non consignata pecunia debitor dixerit nul
latenus audiatur

XXVIII. DE PECUNIAE SEQUESTRATIONE PROHIBITA
Impp. honorius & theod. aã. iohanni pp alia.
Dat. vii. id. iul. rauenna honorio xiii. & theod. x. aã. conss.
Int. Quotiens ab aliquo pecunia rep&itur non prius co
gatur sequestrare pecuniã ille qui petit. quã ille
qui rep&it debitorẽ suũ certa prius probatione
conuincat. & sic pecuniã sededisse conuincerit adhibi
ta probatione recipiat.

XXVIIII. SI CERTUM PETITUR DE SUFFRAGIIS.
Imp. Iulianus. a. G

Dat. k. febr. constantinopoli. mamertino et neuitta cons.

INT. Aliquanti pro sua uoluntate suffragia dedisse probantur. et postea cum ad malitiam peruenerint. ea quae dederant repetere uel auferre contra rationem inhoneste et inlicitae praesumpserit. Ideo quae praecipimus. ut quicumque aliquid pro praestandi sibi quae expetiuit dedisse dinoscitur. non habeat licentiam repetendi. Qui uero repetere fuerit conatus. hoc ille habeat qui accepit. aut si certe sublatum ei fuerit reformetur. et aliud tantum ille qui abstulit. fisco cogatur inferre.

De repetitionibus l. prestatione

INT. Siquisdum necessitates suas expedire desiderat aliquid commodi se daturum esse promiserit. percepta si quae uoluit constrictus. hoc sine ulla dilatione implere cogatur. quod si aliquid in auro et argento uel in ceteris rebus mobilibus obtulerit. firmum sine scriptura permaneat. quia res mobiles in suffragiis scripturam poenitus non requirunt. sed sola traditione firmatur. quod si loca urbana uel rustica dare placuerit. scriptura sequatur. adque traditio et de conplacitis omnibus uel traditage gesta confecta proferantur. Nam aliter possessio ad alterum dominum transire occupandam. reus sui olentiae teneatur. et integrum quod inuaserit reddat omni sua repetitione damnata.

Ut ille implere cogatur quod promisit si ipse percepit quod desiderauit.

lex de promissione l. prestatione

Nota loca urbana

XXX. DE PIGNORIBUS.

Non poterit sane si quis sine tale scriptura possessionem alterius crediderit

Impp. Constantinus. a.
Dat. iiii. non. iun. sirmio constantino a. iiii. & liciniio iiii. consulibus

Ut causa pignoris boues aratorii non tollantur.

IF. Nulla profisci cudi debito seruos cultores aut boues aratori. as de possessionibus causa pignoris auferre p̄sumunt. de quorum laboribus tributa redduntur. & ideo siquis creditor uel curam pacis uel curialis. aut quicumque exactor hoc facere praesumpserit. a prouinciae iudic epuniatur. Dat. id. iul. rau. honorio xiii. & theod. x. a. consulibus.

Ut non obligetur possessio nisi a proprio domino

IF. Non obliget possessionem nisi ille qui proprius dominus ee̅ dinoscitur. Nam neque per seruum neque per procuratorem. siue colonum aut actorem. aut conductorem si res fuerit obligata praeiudicium dominum poterit exhibere.

XXXI. QUOD IUSSU

Impp. Theod. & honorius. aa. iohanni p.p.o. p̄ alia.
Dat. vi. id. iul. rau. honorio xiii. & theodosio x aua cu. consul.

Ut nullus comodas t comendas pecuniam alteno seruo t ministro sine iussione et rogatu domini proprii.

IF. Nullus dominum ad reddendum debitum sicut huc usque fiebat adstringat nisi se seruo suo uel actori pecuniam rogante domino praestatis se conuicerit. & ideo siquis seruo colono conductori procuratori uel actori pecuniam non rogante domino dederit. sciat dominus terrarum propter hoc debitum nullatenus posse teneri sed qui non rogante domino pecuniam talibus p̄sonis crediderint. aut fideius sores non acceperint. ea quae commoditur sunt. se nouerint perditurus

nec a domino posse repos(ci).

XXXII. DE PECULIO.

IMPP. honorius & theodosius AA. iohanni PPO. palic.
Dat. V. id. iul. rav. dd. nn. honorio XIII. & theod. X. AA. cons.

IT. Hoc sane creditoribus volumus esse praestandum. ut actor vel servus siue procurator possessionis. qui pecuniam a creditori susceperit. si nihil de rationibus suis domino debuerit. pro pecunia quam accepit. de peculio quod habet creditoribus reddat.

XXXIII. DE USURIS.

IMP. constantinus AU. ad dalmatianum actorem agentem vices PPO.
PPo caesarea. XV. K mai. paulino consul. & iuliano

IT. Quicumque fruges humidas id est uinum & oleum uel quodcumque annonae genus alteri commodauerit non plus ab eo propter usuram quam tertiam partem accipiat. id est ut super duos modios qui accepit. tertium reddat. Quod si conuentus fuerit ille qui commodat. & pro maiore usura noluerit debitum suum adiecto tertio modio a debitore recipere. & etiam debitum perdat. quam rem ad solas fruges praecipimus pertinere. Nam quando pecunia fuerit commodata. nisi unam tantum centesimam a creditoribus exigi non debemus.
Dat. VIII. K nouembris. honorio constantinopoli. & euodio uiris claris simis consulibus.

IT. Si quis plus quam legitimum a centesima continet

Bk

Ꭓ

De usaris frugum ut tertia pars adiciatur.

De pecunia unam centesima.

:r

hoc ē. tres siliquas in anno per solido amplius a
debitore. sub occansione necessitatis accipere uel
auferre. e p̄sumpserit post datam legem sine ulla
dilatione. et quae amplius accepit. constrictus
quadrupli poena restituat. Ea uero quae ante
legem tali ratione data sunt. in duplum uolumus
reformari.

Dat. viiii k. dec. constantinopoli caesario et attico cons. I.

IF. Sine accusa senatoribus in annis minoribus cons
titutis debitum cum usuris reddere dissimulent.
debitores propter hoc quod senatorio genere nati
sunt debitum cum usuris integris p̄cipere
non iubentur. Et ideo quod cautionem p̄ stipulationē
promissum ē. reformetur.

Dat. prid. id. iun. mediae stillicone ii. et anthemio consul. I.

IF. Senatores qui pecuniam ad centesimā praestare
uoluerint non amplius usurae nomine quam me
dietatem legitimā centesimae. a debitoribus suis
accipiant. ne amplius ut cautionem aut se cautione
constringant. qui commodatam suscipiunt pecuni
am forte cogantur. Nam si ab eis amplius fuerit
requisitum. sciant se senatores. hoc quod commo
dauerint perdituros.

EXPLICIUNT LIB. II.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI III.

EXPLICIUNT CAPIT. DE LIBRO. III.

INCIPIT LIBER · III ·

I DE CONTRAHENDA EMPTIONE ·

ImP · constantinus · a · ad profuturum p̄fectum annonae ·

Dat̄ vid̄ aug̃ · constantino · a · & licinio consulibus ·

Int. Cum inter ementem atque uindentē fuerit · res · diffinito p̄tio conparata · quāuis plus ualeat quā adp̄sens uinditur · hoc tantūmodo requirendū · ē · si nihil fraudis uel uiolentiae egit ille qui conparas se probatur. Et si uoluerit reuocare qui uendidit · nullatenus permittatur · Dat · II · non · febr · constan͂ p̄s feliciano & titiano cons ·

S · definito p̄tio res fuerit cōparata · ita p̄maneat ·

Int Quicumque uillam conparat · tributum rei ipsius · sicuti & ius possessionis · se conparasse cognoscat · Quia non lic& ulli agrū sine tributo uel solutione fiscali aut conparare aut uindere · Quod si subpressa fiscali solutione aliquis uindere ausus fuerit uel conparare p̄sumpserit · Nouerint inter quos talis fuerit secreta transactione contractus · quod & ille p̄tium p̄dat · qui emptor accesserit · & uenditor possessionē amittat · Quia iubetur ut uicini rei quae uenditur · testes eē debeant & p̄sentes · In tantū ut & iā de mediocribus rebus · si quid in usum uinditor ostendi uicinis placeat · & sic conparaetur · ne aliena uendantur · Dat · VIII · id · decbr · antiociae · mamertino & neuitta cons ·

Ut publice fiat ēptio et uenditio & de tributo fiscale ·

Int Constantini imperatoris fuerat lege p̄ceptū · ut minores aetate feminae si maritos habuerint · cū illorū consensū possint de facultatibus suis aliqua uindere · Sed hoc p̄senti lege remotū · ē · atq; obser-

uanduerit. Ut in annis minoribus constitutis. seu uir
seu femina. si ita necessitas exegerit ut aliquid uender[e]
uellint. ut qui conparare uoluerint. auctoritate
iudicis aut consensu curiae muniantur. Nam aliter
a minoribus facta uinditio. non ualebit.
Dat. vi. non. mai. mediolano merebaudo ii. et saturnino consulib.

INT. Quaecumque psona iam pfecta aetate domū suā
regere potest. si ullā domū uel quodlibet aliud habita
ptidis finitione uendiderit et forsitan postea obpo
nere uellint. quod minus praeciū acceperint qua
res ualebat. quia forte agrū quem uendidit lon
ge positus ignorasse se dicat. Non ideo uinditio po
terit reuocari. quam aetas pfecta potuit scire quid
uin[di]derit. aut quo p̄tio. res uindenda ualere potuisset.
Accept. x. k. octobris rigiori comere. et dearcea consulibus

Item de uenditione ut stabilis pmaneat

INT. Conuenit ante omnia obseruari. ut nulli iudaeo
seruū cristianum habere liceat. certe nulla tenus
audeat aut cristianum si habuerit. ad suam legem
transferre psumat. quod si fecerit. nouerit se sub
latis seruis. poenā dignam tanto crimine subiturū.
Nam ante legem datam id fuerat statutum ut pro
cristiano seruo si inquinatus fuisset pollutione iuda
icae. nouerit p̄tiū quod dederat a cristianis ee
reddendum. ut seruus in cristiana lege
permaneret.
Dat. v. k. iuni. uincentia attiono. et symmacho consulibus.

Ut iudeus n̄ habeat seruū xpianū

INT. Prior ordinatio legis fuerat ut si unus ex con
sortibus pro quacumque necessitate re uendere

Ut unusquisq; portione sua licentia hab̄ uendere cui uult

[illegible]uoluis sit extraneus licentiam emendi non habe
ret sed hoc melius probatur indultum ut quicumque
de suis rebus liberum utatur arbitrio et praetermis
sis consortibus uel propinquis cui uoluerit uende
di habeat liberam facultatem.

Dat. iiii. k. apr. constantinopoli. archadio x iiii. et theod. aa. cons.

Ut nullatenus re
uocetur quod rite
mel emptum est.

INT. Cum inter duas quascumque personas de pretio
cuiuscumque rei conuenerit quamuis uilius quam ualebat
res fuerit conparata nullatenus reuocetur.

Dat. xii. k. sept. theodoro uc. consulibus.

INT. Quicumque debita curiae seruitia aut patriae suae
fugientes res suas occultae uendere uoluerint. sciant
non posse ualere quod fecerint. et se ipsos ad debita
seruitia reuocandos et illos qui emerint pretium
perdituros.

Dat. xiii. k. mart. conpli. honorio. [illegible] a. et theod. aaa. consul.

Si oppressus a
potentiore
reuocetur.

INT. Sciant omnes quaecumque a potentioribus personis
obpraessi. aut donauerint. aut uendiderint.
posse reuocari.

II. DE CONMISSORIA RESCENDENDA.

IMP. Constantinus. a. ad populum.

Dat. prid. k. feb. serdiciae. constantino. iii. et constantio. cons.

INT. Conmissariae cautiones dicuntur in quibus debi
tor creditore suo rem ipsi ob pignoratum ad tem
pus uindere per necessitatem conscripta cautione
promittat quod factum lex ista reuocat et fieri
poenitus prohibet ita ut si quis creditor rem debi
toris sub tali occasione uisus fuerit conparare.

Nonsibi deinstrumentis blandiatur. sedcum primum uoluerit ille quiobpressus debito uindedit pecuniam reuocet. & possessionem suam recipiat.

III. DE PATRIB; QUI FILIOS DISTRAXERUNT.

IMPPP. Ualentinianus theodosius. & archadius. aaa. tatiano. pp. ppo.

Dat. u. id. mart. mediolano editiano & symmacho consulibus.

INT. Siquemcumque ingenuum pater faciente aegestate uindiderit. nonpoterit inperpetua seruitute durare. sedadingenuitatem suam. siseruitio suo satis fecerit non reddito etiam pretio reuertatur.

IIII. DE EDILICIIS ACTIONIBUS.

IMPPP. Ualentinianus theodosius & archadius. aaa. hibrido. ppo.

Dat. III. kl. iul. constantinopoli. honorio VIIII. & euodio. u. c. consul.

INT. Cum inter emptorem acuinditorem. demancipio pretio conuenerit. & fuerit conscripta uinditio. Nullatenus poterit reuocari. Nisi forte ille qui emit mancipium probauerit fugitiuum & tunc habebit licentiam praetium recipere. si mancipium reddiderit uinditori.

V. DE SPONSALIBUS ET ANTE NUPTIIS DONATIONIBUS.

IMP. Constantinus. XV. adrufinum.

Dat. III. id. mai. syrmio constantino. a. u. & licinio. c. consul.

INT. Ante tempus legis istius donationis etiam sinegestorum testificatione ualebant. Nunc uero post hanc legem nec nuptialis. nec qualibet

X. Defiliis uendit(is).

X. Demancipiis uenditis.

X. Nota quod donatio sine lectione nil ualent.

alia inter quascumque personas donatio de quibus
lib& rebus ualere potest. si gestis non fuerit allegata.
Dat. xviii. k. noub. pro vi k. sepeb. constantino. xv. & liciano consulibus.

X.

Si dos fuerit data & legitime e scripta & postea uir noluerit sponsam. dote ipsa firmiter habeat.

INT. Quotiens inter sponsos & sponsas de futuris nuptiis
specialiter fuerit diffinitum. & donationum sponsa
liciae largitates. uir in sponsam suam aut ex consensu
parentum. aut ipsi si sui iuris est. propria uoluntate
conscripserit. & omni etiam scripturarum solemnitate
firmauerit. ita ut & gesta legitime facta doceantur. &
introductio locorum ut rerum traditio subsequatur.
Quicquid tali & tam solemni donatione ad ius domi
nium sponsae transierat. si uir sponte ea quam desponsa
tus est. factis supra scriptis solemnibus. castis accipere
noluerit. uxorem. omnia quae sunt tradita non depos
cat. & si quid de nominatis tam solemniter rebus & tra
ditis apud se habere dinoscitur. ad sponsae. tam do
minium quam accipere noluerit. sine dilatione aliqua
transferatur. Reliquum legis istius opus non fuit
explanari quia sequentibus legibus uacuatur.
Dat. iiii. k. mai. gallicano & simmacho cons.

X.

Qualiter consulatur legis beneficio mulieri.

INT. Quamquam & feminis quae per fragilitatem intellectu
excusari possunt in aliquibus causis si neglegenter fu
erint. lex subuenire uoluerit. hic tamen specialiter uoluit
esse consultum. ut si qua in pupillaribus annis marito fu
erit copulata. & sponsalitiam largitatem per neglegen
tiam actis non allegauerit. huius legis benefitio & si gesta
desit. inuiolabilem in suo dominio donationem
nouerit permanere.

Ut intra biennium nuptiae celebrentur

Dat vi id april marcianopoli pacatiano et hilariano consul

INT Siquis aut priuatus aut militans postquā spon
derit et cum patre tutore uel curatore puellae
uel propinquis de puellae coniunctione diffinierit debet post diffinitione
intra biennium nuptias caelebrare. Quod si tardita
te aut neglegentia sponsi biennii tempus excesserit.
et alio uiro se puella coniunxerit absoluta erit.
a calumnia uel ipsa uel quicumque suorū ea tra
diderit quia culpa ē illius qui deferendum coniunctio
nem suam alteri nubendi locum patefecit. nam si in
tra biennium data fuerit quid obseruetur euiden
tius sequenti lege cognoscitur.

Dat id iul constantinopoli accepto xiiii kł mai hispali nepotiano et facund.

INT. Siquando sponsalibus celebratis interueniente De interueniente osculo sponsi
osculo sponsus aliquid sponsae donauerit et an
te nuptias sponsus forsitan moriatur. tunc puel
la quae superest mediam donatarum solemniter
rerum portionem poterit uindicare. et dimidiā
mortui heredis adquirunt quocumque per gra
dum successionis ordine uenientes. si uero osculū Si osculum n interuenerit
non interuenerit sponso mortuo nihil sibi puella
de rebus donatis uel traditis poterit uindicare.
si uero a puella aliquid sponso donatum est.
et mortua fuerit quamuis aut intercesserit oscu
lum aut non intercesserit totum parentes puel
lae siue propinqui quod puella donauerat
reuocabunt.

Dat xvi kł iul tessalonicae gratiano a ū et the[...]odosio cons.

De quadrupli pena int sponsu et sponsa

IT. Pater uel mater puellae. aut si pater defuerit. tutor curator uel aliquis ex propinquis. si antequã decimũ annum puellae contingat de nuptiis pacti fuerint & sponsalia susceperint. si postea mutata uoluntate rennuere uoluerint quem prius susceperant. Non addicantur ad quadruplũ. sed ea tantũ quae sunt suscepta restituant. Nam & si puella mortua fuerit. hoc tantum qđ acceperant reddant. Si uero iam puella decimum agens annũ usque ad undecimũ plenum susceptas arras uel ipsa uel parentes tutores curatoresue tenuerint. id obseruandum ē. ut si fidem placiti mutare uoluerint. & illum rennuat cuius sponsalia suscepit. ad quadrupli poena sine dubio teneatur. Persona quaecumque de puellae nuptiis placitum fecit. quod si antequam annus undecimus impleatur. pignora suscepta reddiderint. Nullam de susceptis arris calumniã pertimescat. Nam si uidua fuerit. nihil per aetatem poterit excusare. Si animum alibi transtulerit. & priore sponsum rennuere noluerit. tunc quaecumque suscepit. sponsaliorũ titulo. in quadruplũ reddat. Puellae uero. post duodecĩ aetatis suae annum. si pater de nuptiis illius aliud facere uoluerit quam promisit. ad quadrupli poena & ipse tenendus ē. Si pater mortuus ē & de nuptiis puellae. mater. tutor aut curator aut propin[...]quus aliquis diffinierit. & puella al teri[...] nubere maluerit. ipsa sponso priori

de propriis facultatibus· quadruplum satisfa ciat quod accepit· Haec tamen conditione serua ta aut postmodum contra praedictas personas agere possit· & si illius arras quem rennuit illis cogenti bus inuita suscepit·

Dat· IIII· NN· nouB· rauenna· dominis nostris· honorio· XIIII· & theodosio· X· AA consulibus·

IT. Ubi de coniunctione filiae patris sententia fuerit diffinitum· si humana casu antequam puella iungatur mortuus fuerit· pater mutari placitum nulla poterit ratione· Nec habebit puella licentiam aliud· faciendi· & iam si mater tutor· aut curator uel propinqui alium uoluerint fortasse suscipere quam pater elegit sed patris promisso circa sponsum quem ipse suscepit· firma permaneat· Nec ipsi puellae· suo consilio contra uoluntatem patris· aliud uelle ulla ratione permittatur;

Dat· X· K marT· constantinopoli tauro· & feliceconsulibus·

IT. Si donatio sponsalicia ante nuptias gestis inseritur· & iam si res donata non traditur· non poterit infirmari & in illa uero donatione cuius summa infra ducentorum soledorum pretium inuenitur· & iam si gesta defuerint· nulla feminis poterit sub quacumque calliditate aut obiectione calumnia conmoueri· sed qualiscumque· cum die & tempora scripturae sufficiat· & ideo si nulla donatione quae sine traditione gestis habetur· inserta se uilla infra ducentorum soledorum summa consistit· Nullus calu

De coniunctione filie patris senten tia obseruet·

Nota de donat pretio ducentorum soledoru·

niarum argumentis in aliquo uacuentur, sed a marito uel ab eius heredibus feminis iubentur ex actu restitui. Illo tamen beneficio legis circa eas feminas quae in minoribus annis defuncto patre nuptae sunt permanente. ut de qualibet summa fuerit conscripta donatio. etiam si gestis alligata non fuerit. omni firmitate consistat.

VI. SI PROUINTIAE RECTOR UEL AD EUM PERTENENTES. SPONSALIA DEDERINT.

Impp. Gratianus ualentinianus. et theod. aaa. ad sepatu eutropio. ppo. post alia.

Dat. xv kl. iul. tessalonicae domno. nostro gratiano a. v. et theod. a. i simul. cons.

Ut iudex per uim terrore inuitis parentibus sponsalia non faciat

Int. Iudex prouintiae cuius libet. ut quaecumque in administratione constitutus. si habeant aliqui adultus secum filios in praedicto honore positi aut propinquos uel qui ipsis in consortio administrationis uidentur adiuncti. si per potestatem aut comminando parentibus aut terrendo forte tutoris siue curatoris uel ipsas quoque puellas sponsaliorum nomine. aut arrarum ad oblegandam aut cuius libet damnu aliqua dederint. si contra hanc uoluntatem aut parentes uel ipse puellae resultare uoluerint. habeant liberam facultatem rennuere. quod si ita suscepisse uidentur. nec poenam sibi nouerint.

quadrupli exegenda· sed etiam ea quae subter
rore iussa sunt accepisse in lucru(m) suu(m) si uoluerint·
retinebunt· Nec constringi possunt· nisi forte ex suo
arbitrio reddere uoluerint· Na(m) si post adminis-
trationem aut parentum aut puellarum cir-
ca eos qui sponsalia dederint uoluntas nubendi
permanserit· sequatur· electa coniunctio·

VII. DE NUPTIIS·

IMPPP· Ualentinianus· ualens· gratianus
·AAA· ad senatum·

Dat· XVII· K· agusti· gratiano· A· I· et probo· c· consul.

INT. Uiduae intra uicensimum et quintum annum
si fuerint constitutae adhuc uiuis patribus. ta-
men si emancipationem adquisierint libertatem·
si ad secundas nuptias uenire uoluerint· noue-
rint coniunctionem suam in patrum potesta-
te non in propria uoluntate consistere· et eoru(m)
electioni· Non quorumcumq(ue) amicorum aut fami-
liarum sequendum esse consensum· si uero pa-
tres mortui sunt· Nec sic quoque ex suo singula-
riter arbitrio nubendi habeat potestatem·
sed pro honestatem coniunctionis iudicium se-
quendum est propinquorum· quod si duo peti-
tores extiterint· consulendi sunt quidem paren-
tes· Nec praetermittendus est etiam iudex qui
uoluntatem feminae pro honestiore dumtaxat
parte prospiciat· Nec illis tantum propinquis
praestetur adsensum· qui suspitionem hereditatis

De uiduis ut n(on) nubant sine consensu patris et parentu(m) intra XXV annu(m).

utantur. qui post eadem nuptias differunt pro suc
cessionem hereditatis mulieris mortem expecta
re uideantur, sed illorum magis si talis conditio
intercedit. electio sequenda e. qui nihil possunt de
ipsius hereditate conquirere.
Dat pr. id. mar. tessalonicae. theodosio. u. c. cons.

Ut nec iudeus xpianam mulierem habeat nec xpianus iudeam

INT. Leges huius seueritate prohibetur. ut nec iudaeus xpistianae matrimonio utatur. nec xpiana mulier iudaeum maritum accipiat. Quod si aliqui contra uetitum se tali coniunctione miscuerint nouerint se eã poena qua adulteri damnantur persequendos. & accusationem huius criminis non solum propinquis sed etiam ad persequendum omnibus ee. pmissum. Dat x k. mart. constantinopoli felice & tauro cs.

De conuenienti electione atque consensu

INT. Si occasio talis emerserit ut nuptiae sollemnitate debita careant. aut etiam donationis sponsaliciae fieri aut dos celebrari non possit. sed conuenientibus amicis se matrimonio copulauerint. sufficiat aequalibus personis conueniens electio atque consensus, sic tamen ut conscientia intercedat amicorum, & tunc si ita res cesserit & coniunctio stabilis & filii legitimi probantur.

VIII. DE SECUNDIS NUPTIIS.

·X·

Ut intra annum post mortem uiri mulier n̄ nubat

IMPPP. Gratianus. ualentinianus. & theodosius. aaa. eutropio. ppo.
Dat. IIII. K. iunii. constantinopoli. eucyrio. & suagrio. cons.

INT. Mulier quae intra annum post mortem mariti alteri uiro nupserit sciat se infamiae subiacere.

& notabilem usque adeo reddi ut quaecumque spon
salicia largitate percepit, uel si per testamentu
ipsi aliquid prior maritus donauit amittat; & to
tum illius filiis cedat; si filii non fuerint, illius pro
futura personis qui prior marito gradu proxi
miore iunguntur; & hoc sibi per successionem pote
runt uindicare.

Dat. xv. k. ianuar. constantinopoli. antonio. & su
agrio. consulibus.

INT. Mulieres quae amissis maritis ad alias postea
nuptias legitimo tempore id est expleto anno uene
rint, si ex priore marito filios habuerint, quicquid
per sponsalitiam largitatem uel nuptiarum tem
pore consecutae sunt, totum filiis conseruabunt; nec
in alias uel extraneas personas nouerint transfe
rendum; quicquid uero prior maritus per testa
mentum seu per fidei commissum seu legati titulo
uel mortis causa uxori donauerit de his rebus quas
tali mulier donatione percepit, seu omnibus filiis
seu in unum pro merito seruiti si conferre uoluе
rit habeat liberam facultatem; Ita aut ei de bonis
prioris mariti a filiis ipsius quicquam alienare
non liceat; quod si praesumpserint, de propri
is facultatibus nouerint conpensandum; hoc
specialius huic legi credidit inserendum; Ut
mulieres cum ad alias nuptias uenerint, de filiis quos
ex priori matrimonio susceperant masculus moriat;
eo casu ut matrem & sororem. aut certe sororem.

superstite dimittat · et fratrem non dimittat
qui matrem possit excludere. Tunc beneficio le
gis mater cum filiabus uel filia equali sorte suc
cedat. Si uero filia moriatur · et matrem et soro
res tantum dimittat · dimidiam defunctae filiae
hereditatem mater adquirat · et media soro
ribus, seu una seu plures sint · proficiat. Ea ta
men ratione · ut dum aduixerit mater adquisi
tam ex hac filii aut filiae · medietatem tantummo
do in usufructu possedeat. Si super erit
ex priore matrimonio filius post obitum dere
linquat. Ad alias personas in transferendum nec
per testamentum · nec per donationem habitura
licentia. Cum mulieris de priore marito filii non
supersint · tunc quaecumque sub hac occasione
percepit sibi uelut propriam uindicet facul
tatem · et in quem cumque uoluerit iure transmit
tat. In hac etiam lege similem et patris mortuis uxori
bus conditionem si ad alias nuptias uenerint uoluit
obseruare · ut si de priore uxore filii aut filiae
fuerint · ex quibus aliqui moriantur · et in suam
portionem locum patri faciant · post illius obitum
fratribus et sororibus uel qui superfuerint ·
de ipso coniugio portio relicta proficiat · nec
poterit per patriam potestatem ad alias
transire personas.

Dat. x kl. iul. rau. domno honorio viii. et theod. v. aa. cons.

I.F. Notissimum ualde est has facultates quae

tempore nuptiarum mulieres a maritis accipiunt suo dominio uindicare. Et si maritus mori contigerit qui tamen filios relinquunt. et post transacta luctus tempora legitimae ad alias nuptias uenerint. in die uitae suae donatarum rerum teneant usum fructum. Post obitum uero earum ad prioris mariti filios omnia reuertantur. Nec exinde aliquid matribus uiuis filiis in aliorum iura transferre permissum est.

VIIII. SI SECUNDO NUPSERIT MULIER CUI MARITUS USUM FRUCTUM RELIQUERIT.

IMPP. Archadius et honorius a. a. asterio comite orientis. Dat. XVI. k. martii. constantinopoli. honorio a. septimo. et euttiano. consulibus.

INT. Clara interpretatione has duas sententias explanauit ut praeter sponsalitiam donationem. si maritus moriens de patrimonio suo usum fructum relinquit uxori iuxta uoluntatem. eius relicta possedeat. Ita ut si mulier postea alio uiro nupserit mox usum fructum ex testamento adquisitum filiis eius refundat a quo usum fructum fuerat consecuta. Usum fructum uero de sponsalitia largitate usque ad obitum suum sicut superius alia lex locuta est merito et tenebit. Unde haec ipsa post obitum matris ad illius mariti filios qui donauit. propriecas redditura est.

X. SI NUPTIAE EX RESCRIPTO PETANTUR.

IMPP. honorius. et theod. aa. theodoro ppo.
Dat. k. febr. rauen. d. n. honorio viii. et theod. iii. aa. cons.

H. SI aliquotiens. a quibusdam ut oblita seueri
tatem legum obrepere principis audeant maiesta
ti. et coniugia sibi expetant. ex praecepto. quae conse
qui non merentur. Consensu parentum uel puellae
mereantur. Qua de causa eiusmodi audaciam
intercedit. quicumque ergo sub tali obreptione
matrimonium tenere putauerint. et
a missione bonorum. et ex alii religatione se nouerit
esse damnandus. Nec matrimonium quod ta
liter quaesierit. tali ordine et ambitione sus
ceptos. legitimos appellandos. Nec etiam
per supplicationem huius praesumptionis.
ueniam promereri. his uero quos inter tertium et quar
tum gradum originis coniunctio praesumptiua
copulauerit. quia notabile est. tamen si supplicaue
rint. ueniam releuauit. Nec his interdicta ut praeceptum
expectant maiestatis. quam parentum placito copu
lantur. Illi uero qui pacta seu iuuis parentibus puel
las ab ipsis puellis post parentum obitum contem
nuntur. praecepti tenore. in quadruplum arrarum
nomine data. uel donata recipiant. Nam de reliquo
si ante diffinita non fuerint. per supplicationem
coniugia postulari omni seueritate prohibuit.
Ceterum si cum parentibus puellae aut cum ipsa
puella quis de nuptias pactus fuerit. et unus ex his
uoluerit de placito eius resilire. Nos ab eo quid is

.i. alt de

.i. habiturum nec filios

:~

piciatur. consuli non uidetamus. reliqua pars legis istius alibi iam habetur exposita.

XI. SI QVAECUMQUE PRAEDITOS POTESTATE NUPTIAS PETAT INUITUS.

Imppp. Gratianus. ualentinianus. et theodosius. aaa. neuterio pf. po.

Dat. xv. kal. ian. treuir. gratiano a. v. et theodosius a. cons.

INT. Si aliquis de his iudicibus qui prouincias administrant. uel etiam hii quibus ciuitates uel loca commissa sunt. per potentiam inuitas parentibus uirginis. aut etiam uiduas. si sui iuris sunt. per potestatem ad nuptias suas addixerint. aut si pupillae sint et earum utilitatibus obuiantes. per errorum aut per quorumcumque conludium addicantur. ut his personis de quibus loquitur. inuitae iungantur. quicumque hoc praesumpserit. decem pondo auri se nouerint condemnandos. et in ea prouincia in qua iudex fuerit dignitate amissa biennio prohibeatur accedere. beneficium tamen lex ista aduersus huiusmodi homines. parentibus uel ipsas mulieribus quae in suo iure sunt. uel qui minorum aetatis tuentur. indulsit. ut contestationis ad alios iudices uel ciuitates proximas deferentur. et eorum patrocinius defendantur. Ut si in eadem prouincia sit alia potestas. ut potest si sint duo iudices. unus priuatae. et alius domnicae iura gubernans. si ab altero sub hac condicione ~~occansione~~ quaecumque persona premitur. alterius tutela debeat defensari. aut certe ad magnificam potestatem. qui principis auribus hoc possit intimari recurrat.

XII· DE INCESTIS NUPTIIS·

Impp· Constantinus & constans· aa· & iuliano caesare ad uolusianum· uc ub·

Dat prid k mai rom aruitian & lolliano cons·

i uel ups ITEM· Fratris uxorem ducendi uiro duas sorores habendi paenitus licentia denegatur· Nam ex tali coniugio procreati filii legitimi non habentur·

Dat vii k decembris constantinopoli· archadio iiii· & honorio a cons·

ITEM· Post priores legis sententiam quae de talibus personis lata est id praecipit obseruari· ut districtione legis supplicio & proscriptione liberi quisque ille aut sororis aut fratris filiam aut certe gradus consubrinam aut certe fratris uxorem sceleratis sibi nuptiis iunxerit· huic poenae subiaceat· ut de tali consortio separetur· atque etiam si filios habuerint· Non habeantur heredes legitimi· sed infamia sint notatae utraque personae

i facultates ita ut possedere tantum proprias principis beneficio uideantur· Ceterum nullum sibi per suma... subire contractum· Donandi atque testandi facultate submota· sed nec in ipsis feminis quas taliter sortiati sunt aliquid conferent; his etiam aliquid tempore nuptiarum sibi dederint· reuocetur ad fiscum· Aut etiam si filios habuerint· non per suppositam· aut aliam personam aut per fidei conmendaticiam donationem· ad illos quicquam ex eorum facultatem peruenit· sed ipsis mortuis ad legitimos heredes quos cumque gradus admittat·

usque ad certum originis locum ab intestatu ipsi succedant. Testandi etiam eis in his tantum personis quibus lege concessum est permissa potestas est. ita ut ex his quos elegerit scribat heredes. ita tamen ut si qui in tali consortio consensum cum his habuisse docentur hereditate excludi aliis in proximo gradu uenientibus locum faciant. Nam si desint personae propinquorum quos lex ad successionem uocat. tunc in eorum facultatib; fiscus accedat.

Dat. xvii. k. iun. constantinopoli. dd. nom. honorio. x. et theodosio. vii. aa. cons.

INT. Quaecumque mulier. sororis suae maritum post illius mortem acceperit. uel si quis ex uiris mortua uxore sororem eius aliis nuptiis sibi coniunxerit. Nouerint tali consortio se esse notabiles. et filii qui ex inde fuerint procreati. ex successionem excluduntur. nec inter filios habebunt.

XIII. DE DOTIBUS.

Impp. Constantius. et constans. aa. ad philippum. ppo.

Dat. xii. k. oct. liminio. et catulino. cons.

INT. Si de moribus uxorem maritus accuset et hoc est in maleficio. in adulterio. similibus aliisque criminibus. si mortua uxor fuerit. heredes eius accusari non possunt. quia crimina cum auctore deficiunt. tamen et si maritus mortuus fuerit qui accusabat. uxorem ab herede mariti mulier non potest accusari.

Dat. iiii. k. mrt. iuliano. a. iiii. et salustio. cons.

Int. Pacta inter maritum et uxorem quae de dote scripta sunt. et cum lege concordant. haec lex sicut reliquas pactiones ualere praecepit. de retentationib; uero quia hoc lex ista non euidenter ostendit in iure. hoc est. in pauli sententiis sub titulo de dotib; requirendum. aut certe in pauli responsis. sub titulo de re uxoria.

Dat. IIII. non. noueb. rauenna honorio. XII. et theodosio. X. AA. cons.

Int. Si contigerit ut maritus uxori superstite moriatur. quaecumque a muliere marito in dote data fuerant. ad suum dominium feminae reuocabunt. Nec heredes defuncti mariti hoc uindicare praesumant. Nam si maritus dum aduiueret. hoc ipsum quod a muliere in dote perceperat. fortasse refuderit. quia similitudo donationis est. refusio nullam obtinet firmitatem. si mortua fuerit mulier. non poterunt hoc eius heredes sibimet uindicare. sed marito etiam cum fructibus hoc iubetur debere restitui. Si tamen ut fierunt filii non sibi hoc dum aduixerit pater eorum quasi ex bonis maternis uindicent. Nec pater aliquid aliud nisi usum fructum exinde habere debebit. Nec transferendi in aliam personam habebit liberam potestatem. sed omnia post eius obitum ad communes filios reuertantur.

Dat. X. kl. mar. constantinopoli. felice. et tauro. cons.

INT. Adinplendam uel exigendam dotem hoc ē quae a muliere tempore nuptiarū uiro datr̄. etiam si deficit stipulatio. promittentis et uerba iure dicat̄ dos ualere iubetur.

XIIII DE NUPTIIS GENTILIU.

IMPP. Ualentinianus. et ualens. gratianus āāā. ad theod magistrum aequitū.

Dat. v. k iun. ualentiniano et ualente. āā. cons.

INT. Nullus romanorum barbarā cuius libet gentis uxorem habere p̄sumat. Neque barbarorum coniugiis mulieres romanae in matrimonio coniungantur. quod si fecerint nouerint se capitali sententiae. subiacere.

XV DE FIDEIUSSORIBUS DOTŪ.

IMPPP. Ualentinian. th. et archadius āāā. mametino comiti orientis.

Dat. iiij. id. noub. constpli. archadio ā. ii. et ruffino cons.

INT. Siquis inplendae dotis causa pro muliere fideiussor accesserit p̄ hac fideiussione non teneatr̄ obnoxius

XVI. DE REPUDIIS.

IMP. constantin. ā. ad ablabiū. ppo.

Dat barso et ablabio. cons.

INT. Certis rebus et probatis causis. inter uxorem et maritum. repudiandi locus patet. Nam leui obiectione matrimoniū soluere n̄ p̄hibet. quod si forte mulier dicat maritum suū aut ebriosum. aut luxoriae deditum. non p̄pterea

repudiandus e. Nisi forte eu aut homicidam aut
maleficum aut sepulchri uiolatorem ee docu
erit. Quibus criminibus conuictus. sine culpa muli
eris merito ui detur excludi. et mulier recepta
dote discedit. Nam si haec crimina mulier non po
tuerit adprobare. hac poena mulctet ut et dote
quam dederat uel pro ipsa data fuerat. et do
nationem quā percepit. amittat. atque etiā
exilii relegatione teneatur. Quod si a uiro mu
lier repellatur. Nec ipse nisi certis criminibus
ream docuerit. pro leue ut solet iurgio. repudi
are permittetur. Nisi forte adulteram aut ma
leficam aut conciliatricem eā probare sufficiat.
Quod si docere non potuerit. dotem mulie
ris restituat. et aliā uxorē docere non praesumat.
Quod si forte temptauerit. habebit muli
er facultatem quae innocens eiecta est. domum
mariti sui atque eius substantiam sibi met uindica
re. quod dinoscitur ordinatum. ut etiā secunde
uxoris dotem. repudiata iniuste mulier iubeatur.
adquirere.

Dat. vi id mar rau eustasio et agricola cons.

: repudio
: prior

HT. Si mulier marito intulerit. et statutas lege
non docuerit causas amittat. sponsaliciam
largitatem. Nec id repetat. quod marito in dotem
dedit. atque in sup exilio relegata. Nec nubendi
locum habeat. nec ad propria reuertendi. Nam
si eius culpas docuerit quibus diuortium uideatur.

adp&ere. & dote careat & donationē refundat. Neque
alteri uiro nubendi habeat potestatē. Si uero postea
maritū dimittens adulteriis se forte miscuerit.
maritus &iam post repudium habeat licentiā psequen
di; Quod si mulier quae discedit. in uirum grauia
crimina et certa probauerit. & dotem reuocauit.
et quod ei maritus in sponsalitiam largitatem con
tulerat uindicabit. Et post quinquenniū. nuben
di habeat facultatem. Nam si maritus repudiū ∴ liberū.
prior intulerit probatis causis uindicta percep
ta expulsae uxoris dotem uindic& donationemq;
recipiat. et continuo si uoluerit. aliam ducat uxo
rem. Nam si crimina certa non fuerint ut sol&
fieri. femina morum leuitate displiceat maritus
donationem suam reuocet et ille quicquid ab ea p
ceperat. mox refundat. & post biennium. aliā ducat
uxorem. quod si nec morum culpa docebitur. et so
la ē̄ dissensio animorum. Mulier quae innocens
expulsa ē. a marito & donationem a uiro factam sibi
uindic&. et suam dotem reuoc&. Ille uero in perp&uo
solitarius permanebit. Nec praesumat alterius
mulieris coniugio sociari. Mulier uero ad aliud ∴ post annū.
coniugium si uoluerit transire permittetur.
Propter communes uero liberos. si fuerint ea prae
cepit obseruari quae in iure. de ret&en[...]tionib;
statuta sunt pro numero filiorū [...] Paulus in libro
responsorum dicit sub titulo. de re. uxoria.

XVII. DE TUTORIBUS ET CURATORIBUS CREANDIS.

Imp constantinus a. & caesar ad bassum ppo.
Dat. iiii id oct aquil constantio a. v & licinio caesare cons

INT. Si pupillis actio inferatur quamuis adulti uideantur, ad litem uenire non possunt. nisi fortegas eorum curiae testificatione firmetur. aut certe prouisus curator patrimonium pupilli uel negotium tueatur. Dat. vi k. mar. mediolano titiano & promoto consulibus.

INT. Quotiens de pupillorum tutela tractatur. debent primi patriae cum iudice secundum aetatis minorum. aut tutorem aut curatorem eligere. ut ille qui susceperit tutelam. tali electione possit esse securus. Quae tamen electio. circa eas personas obseruetur. quae nec testamento decretae sunt. nec propinquitate ad id officium adducuntur. De aliis sane minorum commodis. legum priorum statuta praecepit obseruari.
Dat. xii k. febr. mediolano constantino a. iiii. & licinio cons.

INT. Mulieres mortuis maritis. si ipse uoluerint tutelam suscipere filiorum. priusquam hoc adsumant actis profiteantur se non esse nupturas. sed hoc ipsum non extorquendum est. sed si maluerint. hoc uoluntate propria fateantur. Nam si ad alias nuptias migrare uoluerint tutelam filiorum admi nistrare non possunt. sciant hoc etiam uiri qui sibi iungendas matres postulant paruulorum. Quod si mulieres tutelam administrare coeperint. filiorum. et postea nupserint. ille qui in consortium recipitur. maritale bona sua nouerit obligata & se ad ratione

reddendam minoribus esse futurum. Addatur eti
am illud quod mulier nisi maior aetate fuerit tute
lam suscipere prohibetur. De his uero qui cum lege
ueniunt ad tutelam. si qui ex his uidebitur. aut de
ceptus facultatibus a minoribus uilis admitti non po
terit. Ne minoribus bona depereant. sed illi ac
cedant in tutelam qui integritate mentis et
certa propinquitate iunguntur. Nam si defuerint
personae quas diximus. et mater tutelam suscipere
noluerit. tunc sicut prius constitutum est
electio iudicis uel prouincialium tutores
minoribus deputabunt.

XVII. QUI PETANT.

Imp. Constantinus a. et iulianus caesar habe
or. fita e clarissime nobis.
Dat. id. iul. constantino. a. VIII. et iuliano caesr. cons.

INT. Si auus paternus defuerit. auus maternus.
etiam ad auias tam paternas quam mater
nas sub et ad tutores paruulorum petendos legis
praeceptione constringi. si tamen testamentarii uel le
gitimi filii deesse probantur. Quod si nepotibus
paruulis tutores prouidere dispexerint. iubet
eos huius modi dispendio subiacere. ut si forte
cesserit. luctuosa hereditas de successione
minorum quibus tutores aut non petie
rint aut noluerint prouidere habean
tur extranei.

XVIIII. DE ADMINISTRATIONE TUTORUM ET CURATOR.

Imp. constantinus a. et caesar. Dat. vi. kl aprl.
treueris uolusiano et anniano consulibus.
INT. Quicumq; tutor siue curator neglegentia
administrationis suae debitor minoribus con
probatur. nouerit facultates suas ita obliga
tas. ut si non satis fecerit. ratione deducta bona
sua a minoribus loco pignoris teneatur.
Dat. iiii. kl. noub roma sabino et rufino consulibus.
INT. Si in his quae minoribus donari possunt pa
tris neglegentiam siue conludium donationis
solemnitas inpleta non fuerit. id quod minori depe
riret de proprio cogetur exsoluere.
Dat. xiii k mart constantinopoli dulcitio et zenophilo cons.
INT. Si forte cesserit ut minoris possessionem
iuris enfitheutici. hoc est. quod ex fisci bonis parentes
eorum habere meruerunt. sub qualibet pstatione tenuerint.
et hoc per neglegentiam siue proditionem tutoris aut
inminutum fuerit aut certe sublatum. quicquid
perierit a tutore uel curatore esse reddendum.
Dat. vi k mart constpli archadio iii. et honorio ii. aa. consulibus.
INT. Mox ad tutelam qui saccesserit. adhibitis
continuo primatibus ciuitatis uel defensore cum
officio suo suscepta pupilli bona factore rerum cons
cribunt inuentarium. Et si quid erit in pecuni
a uel argento uel quae non possunt uetustate
perire. praedictorum anulis obsignata repo
natur. et nulla occansione minuatur. neq; id pupil
lo dum in annis minoribus fuerit. plib; aut alius

causis nouerint conmittendum; seducsq; ad perfectā aetatem omni integritate seruentur; in omnibus reb; proficiente diligentia; Nam si minores eius facultates sunt ut non sit patrimonium illis. & tantum modo substantia in rebus mobilibus inuenitur; sciant tutores sibi ēē permissū ut uindere praesumant mobilia & agros conparare ut minoribus inea parte prospiciant; si uero non ē eiusmodi substantia unde praedium conparetur hanc iubentur habere diligentiā ut pecunia colligatur et conpendus usurarum aut quibus lib& aliis reb; cōmodū pupillis adquirant; Aut si forte tenuitas substantiae erit exinde saluare pupillis substantia ministretur; Et si ita egerit ā tutore pupillus nouerit quaesiturus usurā.

EXPLICIT LIBER III.

INCIPIUNT CAPIT DE LIBRO IIII.

INCP LIBER .IIII.

I DE DECRETIONE UEL BONORUM POSSESSIONE

Impp Theod & ualentinianus aa ad senatum post alia.
Dat VIIII kł nouemb dd nn th XII & ualentiniano II aa consulibus.

INT. Cretio et bonorum possessio antiquo iure a praetoribus petebatur. quod explanari opus non est. quia legibus utrumque sublatum est. et ideo infans licet loqui non possit. tamen heredi ta tem sibi debitam capit. cui moriens pater aut qui proximius fuerit ex lege succedat.

II. UNDE LIBERI.

Impp. Archadius et honorius aa aureliano ppo.
Dat pr id nn. octb constpli. archadio IIII. & honorio III. aa cons

INT. Filia si tempore nuptiarum a patre fuerit.

dotata & pater postea intestatus moriatur. si in reliqua patris substantia uult cum aliis fratribus equalis ac cedere dotem uel quicquid acceperit tempore nuptiarum hereditati paternae cum fratribus diuidenda confundat. quod si noluerit. sit his quae percepit pro sua portione contenta.

IIII. DE CARBONIANO EDICTO.

IMPPP. Ualentinianus. theod. & archadius. AAA. rufino ppo.

Dat. IIII. id. octbr. constantinopoli. theod. A. III. & abundantio cons.

INT. Si quis moriens ex legitimo matrimonio pregnantem reliquerit uxorem iubet lex mulierem a propinquis quousque ad partum ueniat custodiri. Quaecumque legitimo tempore ediderit. is qui natus fuerit pro sua portione in patris hereditate succedat. Et usque ad quintum decimum annum aetatis suae. quae a patre derelicta sunt sine ullius repetitione possideat futurum ut suas postmodum per curatorem aut excipiat aut exerat actiones.

IIII. DE TESTAMENTIS ET CODICELLIS.

Imp. Constantinus. A. & constans & caesar. ppo.

Dat. X. kl. ian. constantio. A. VII. & constante consulibus.

INT. Si quis non fecerit testamentum sed uice testamenti fecerit codicellum. In quo codicello legitima heredis institutio teneatur. & hunc ipsum eodem numero testium id est VII. aut V. subscriptionibus faciat confirmari. si minus quam V. ualere non poterit. sicut & ceterae uoluntates. Nam secundum superiorem

legem. si condito testamento postea factus fuerit codicellus. & in eo alium quam in testamento fecerat heredem uoluerit nominare. in eo codicello heredis institutio non ualebit.
pp mediol x kl febr timasio & promoto consulibus.

INT. Si quis moriens principi propinquis uel amicis eius aliquid per codicellum aut epistolā crediderit relinquendum. pietatis intuitu id pceptum non ualere. sed si quid tali modo priuatis fuerit derelictū. & de talibus cartolis orta fuerit fortasse contentio in iudicis discussione consistat. utrū possit scriptura prolata iure subsistere. Ceterum principi uel eius proximis. quicquid testamento aut nuncupatione dimittatur. hoc sibi legibus ualere permittatur.

Dat xii kl aprilis arcbadio iiii. & honorio iii. aa. cons

INT. Si moriens scribit aut dictat cartolam. testamenti praetermiserit. forsitan ut uocabulum poneret. aut ciuilis id est quia quinque testium. aut praetoriae iuris. quia septem testium erit subscriptione firmandum. Unde si maiorem uel minorem testium numerus & testator in principio dixerit euocasse usque ad quinque subscriptorū numerum. etiam si non relegant testamentū ualere permissum est. Ita si sicut minor numerus in pedit uoluntate. sic quicquid supra fuerit. non nocat testamentum. Quia & lex ipsa constituit.

quia superfluxuris inpedire non debeant. hoc etiā observandum ut testator signandum testibus offerat testamentum. Nec ideo habeatur infirmum si alicui de subscriptoribus testator aliquid legati nomine dereliquid.
Dat̄ VI kl oct bris constantinopolim caesario et attico consulibus.

INT. Testamenta omnium vel reliquas scripturas apud censuales in urbem romam voluit publicari. hoc ē. in reliquis regionibus apud curiae viros testamenta vel quaecumque scripturae actis firmare solent gestorum alligatione muniantur. Si vero mortuorum voluntates actis reseratae non fuerint nihil valebunt.

Dat̄ III id mart̄ const pt. cons. vii et palladio cons

INT. Placuit voluntatem defunctorum ea ratione servari. ut si deficiens quis non fecerit testamentum. non potest quicumque propter fecto uti quia inperfectum relinquit. Nec admittat hanc testificationem principis clementia. si forte dicat aliquis audiui morientem velle ut principi vel etiam his personis quae potestate adiunctae sunt vel cuiuscumque potestatis taliter deputatum hanc vocem admitti non patitur. Et sicut legitimas scripturas vel in sua persona vel in quascumque alias potestates sive in privatos valere mandavit.

ita in perfectam & subtalitestificatione prolatā
paententis ualere nō uoluit.
Dat. x. kl. iulii rau. ddnn. honorio xii. & theod. viii. aa. cons.

~ pscriptum est

INT. Siquis conditor testamento decennio superstes fuerit & suam non mutauerit uoluntatem. quod ante decennium factū ē. uacuum remanebit.

Dat. xvi. k. mrt. constpl. uictore u. c. consulib.

INT. Siquis per scripturam condiderit testamentum & postmodum sine scriptura hoc ē. per nuncupationem suā iterandā crediderit uoluntatem. uel si codicellis qd ē. fideicommissum. potestatem heredi suo commiserit. ut ex qua uoluerit testatoris ordinatione succedat. & tunc in primordio adeundę hereditatis suam publicare non desinat uoluntatem. utrum ex testamento an per nuncupationem. an per fideicōmissum hereditatem sibi eligat uindicandam. Quod si prima electio eius fuerit superata ad alterā ei transire non liceat. quia unius petitione concessa de reliquis se nouerit excludendum. quia una petitio alias a peste euidenter exclusit. extrema pars legis istius ideo non habetur scripta uel exposita quia nouella lege calcatur.

V. DE LITIGIOSIS

IMP. Constantinus. A. ad prouinciales post alia. Dat. k. aug. basso & ablauio cons.

INT. Res quae proposita actione repetitur.

transferri a possidenti ad alterum nulli s contrac tibus potest. Neque inde aliqua fieri scriptura per mittitur. si prius. lis. de qua agitur non fuerit iniu ditio diffinita.

VI. DE NATURALIBUS FILIIS ET MATRIBUS EORUM.

Imppp. Ualentinianus. ualens et gratia nus. aaa. ad ampelium. ppo.

Dat. xvi. kl sept concionati gratiano. a. ii. et probo. cons.

INT. Obseruandu de naturalibus filiis lex ista constituit. ut si quis habens ex legittimo matrimonio filios uel filias. siue mascu los. nepo tes ex filiis. uel patrem et matrem ex qua cumq; muliere id. e. ingenua. nata uel facta suscep erit naturales. Non amplius quam unciã de facultatib; suis nouerit naturalibus conferendã. Nam si de fuerint ex omni parte personę superius nomi natę. Tunc naturalibus filiis uel muliere de qua nascuntur. tres uncias. tantu non amplius noue rit qui quis ille. e. seposse conferre. Virgo ma

Dat. x. kl mart conspt. tauro. et felicem cons.

INT. Haec lex interpraetationem non egit quia ad hoc solum intromissa. e. quia posterior omnibus. e. et priorem quae a posteriore damnata fue rat. confirmauit.

VII. DE MANUMISSIONIB; IN ECCLESIA.

Imp. Constantinus. a. osio epo.

Dat xiiij. kl mai crispo. ii. et constantino. ii. aa cons.

INT. Qui manumittendi in sacrosca ecclesia habue
rint uoluntatem. tantum .e. ut sub prae
sentia sacerdotum seruos suos uelit absoluere.
nouerit eos suscepta libertate. ciues .ee. romanos.
Nam si clericis suis mancipiis dare uoluerint.
libertatem. etiam si extra conspectum fecerint
i. fuerint sacerdotum uel sine scriptura uerbis absoluti.
manebit. sicut ciuibus romanis integra et ple
na libertas.

.VIII. DE LIBERALI CAVSA.

IMP. constantinus .A. ad maximu ppo.
Dat xiiii K ag sirmio probiano et iuliano cons

INT. Si aliquis in libertate positus ad seruitium
conetur addicere. iubet pulsatus ex ordi
natione iudicis. per populos et per publicum duci.
ut defensorem sui status inueniant. et inuentum
adsertorem. per chartam per se iudice ne silentio
ingenuitas obprimatur. Quod si aut ipse sibi ad .ee.
Aut adsertorem non potuerit inuenire. tradatur
domino repetenti ad seruitium non ad poenali
supplicio. Ita ut non per hanc traditionem ex in
tegrum spem libertatis amittat. Nisi cum habuerit
locum inuento adsertorem libertatis suae sta
tum adserat legibus audiendas. quod si talem
ordine reparata lite qui pulsantur ingenuos
se .ee. docuerint. tunc ille .A. quo ingenuitas
in(iu)ste fuerat appetita tot mancipia his quos ad
seruitutem uocabat eius aetatis et sexus dare

cogatur. Illis in condem nationem non adnumeran
dis. qui dum causa trahitur in litem nati ee̅. probantur.
Quod si ex his qui ad seruitutem uocantur. dum pro ad
sertorem requirendum aut alia occa sione causa
protrahitur. aliqui moriuntur. & heredes eorū
statum ingenuitatis obtinuerit. pro illius persona
quae in lite mortua est. heredibus suis eius conpen
satio sicut & pro uiuis a pulsante. reddenda est.
Si uero ille moriatur qui liberos conabatur addi
cere. & filios aut heredes demittat. si persequi
uoluerint causā quam pater aut auctor in
choauerat. & uicti fuerint. ad supra scriptam.
satis factionem tenendi sunt. ut alia tot man
cipia male pulsantes. satis faciant. Si uero age
re noluerint. nec persequi eos temptauerint.
sed etiam in custodia ab auctore redactus absol
uerint. Erunt a multae condemnatione securi.
quia non in auctoris suiuitaum praestaterunt.
Quod si forte minores sint & tutor eorum uel cura
tor causas eorum aduersus ingenuitatem prosequi
uelit. & fuerit superatus. ipse de propria facultate
ad satis factionem tenendus ē. Si uero post secunda
reparationem adsertor inueniatur periculo suo ad
dicti causam. crediderit replicandam. ut si uincat
peculium aut seruitia susceptorum. uel ipsos red
dere debeat. Similiter & ille qui pulsat dato
fideiussore. promittat se p̄dictum numerum. uel
meritū mancipiorum. uel quod ab his in peculio

re poscit satis faciat cum fuerit superatus.
Dat. xv. k. mrt. thessalonica seuero & ruffino cons.

Imp. Minorum dictus si post uiginti & quinque aetatis suae annos iam maior effectus si seruierit aut in rebus emptoris actor aut cuiuslibet rei ordinatus fuerit constitutus. cum de ingenuitate sua proclamauerit. sine p̄ iudicio seruitii quod gesserit audiatur. nec hoc ei praeiudicium generet quam eius a quo emptus est. domum aut utilitatis in annis maioribus usus est. ordinas se. hoc etiam de libertatis lex haec praecepit custodire ut qui intra quattuordecim annos fuerit manumissus. & actum in maiori aetate post ingesserit patronum in libertati eorum actus non praeiudicet seruitutis. sed cum uoluerint suas aut de ingenuitate aut de libertinitate intra tempora legibus constituta proferant actiones. sic etiam si quis ingenuus minor a quolibet fuerit edoctus. et liberum esse nesciens fuerit a nutritore. distractus & actum uel utilitatem illius a quo emptus est. ut seruus gesserit. priusquam triginta annorum praeiudicio teneatur. potestatem habeat reclamandi & quasi minoris priusquam tempora subplerentur. amissam recipiant libertatem. Quicquid uero ei is ille a quo emptus sunt uel tradidit uel donauit. quaecumq: ex re ei suae administrationis ratione proficit. Totum retinendi ac reuocandi habeat potestatem. Si uero huiusmodi

personis aliquid a quibuscumque aliis aut testamento aut donatione conlatum est id solum sibi iam liberi uindicent. Nam quod de re patroni libertus uel emptoris ingenuus dum seruiret & proficit libertati redditus. libertus patrono ingenuus emptori restituat. Hii uero qui in annis maioribus constituti sunt scientes se esse ingenuos uel libertos si ad quieuerit in ea ad quam scientes sua uoluntate transeunt. seruitute permaneant.

Dat prid. k mart burso & ablauio cons.

IT. Lex aliquando fuerat promulgata ut si quis sedecim annos sine ulla molestia nullo repetente uel pulsante uixiss&. sed postea in seruitio non ueniret. sed hoc illis prodesse non poterit quod de ingenuis patribus & colonis mulieribus uel ancillis constiterit procreatos. Nisi forte patres eorum pro filiorum capite dominis quorum ancillas in consortio haben aut uicaria mancipia cum peculiis aut redemptione status eorũ soluerint. si uero patres hoc se persoluisse non docean non poterint conditionem matrum mutare aut mancipia dominus deperire. & iã si de propriis dominis nascantur. Nisi per manumissionem seruilem conditionẽ carere n. possunt.

Dat VII k octob const pb th. A. III & abundantio cons.

IT(EM) Qui uiginti annos non occulte sed publice in libertate durauerint et aliquid offi cii uel militiae praesente et tacente pet(i)tore gesserint. Adsertorem quaerere dieos necessita non manebit. sed ipsi per se sine uo luerint aduersum petitorem. quod libertati eorum competit exsequentur. Circa alios uero qui nescientibus dominis latuerint prioris legis ordo seruabitur

VIIII. DE HIS QUI NON A DOMINO MANUMISSI SUNT.

Imp. constantinus. a. ad bassum.
prop. id iul constantino . a. et licinio caes. cons.

IT(EM) Si aliquis mancipium manumittere praesumpserit alienum et sub id praesentia principis uel ecclesia fecerit. ac poena teneatur. ut et manumissus a domino reuocetur. et alia duo mancipia eius dem aetatis aut sexus aut certo artificii quod ille qui est manumissus susceperit dare cogatur. Siue ro ille qui manumissus dicitur. repetente dominum. sub hac perscriptione superauerit. ut iam firmitatem. status sui temporibus tueatur. Tunc ille qui manumisit non est constringendus ad poenam. dum ille qui repetit praeiudicium. domini sui. incurrerit. aut taciturnitate nutrierit.

X. DE LIBERTIS ET EORUM LIBERIS.

Quecumque persona servilis a domino suo fuerit secuta libertatem. Si postea ceperit superbire aut patronum id est manumissorem suum leserit amissa libertate qua meruerit in servitio merito revocetur

Imp. constantinus. a. ad concilium bizacinorum.
Dat. vi kal. aug. coloniae agrippinae pacatiano et elariano cons.
Int. Quaecumque persona servilis a domino suo fuerit consecuta libertatem si postea superbire coeperit aut patronum id est manumissorem suum laeserit amissa libertate quam meruerit in servitio merito revocetur.

XI. DE VECTIGALIBUS ET COMMISSIS

Imp. constantinus. a. ad iunium rufum consularem emeliae et leguriae.
Dat. k. iul. crispo. ii. et constantino. ii. cons.
Int. Vectigalia sunt quae fisco vehiculorum subvectione praestantur. hoc est. ut litoriis locis navibus aut per diversa vehiculis merces deportant cuius rei conductelam apud strenuas personas tricennio esse percepit et continuo hanc exactionem aliis iterum permittendam qui maiorem summam praestationis obtulerit. Ex qua conductione aut exactione si qui plus quam praeceptum fuerit exigerit. imputaverint aut mercatorem vel provincialem sub hac exactione gravare coeperint periculo capitis se noverint esse damnandos.

XII. DE ACTIONIBUS CERTO TEMPORE FINIENDIS

Imp. theodosius. a. asclipiodoto. ppo.
Dat. viii k. dec. constantinopoli victore. vc. cons.
Int. Haec lex licet in reliquis rebus fuerit abrogata propter hoc tamen ut poneretur oportuit

quia de tricennio loquitur. quod pupillis quamdiu sub tutoribus agunt non debeat inputari. sed ubi ad eos annos peruenerint quibus curatores habere possint. id est. uir ad quintum decimum. et puella ad tertium decimum annum. Ex eo in causis eorum tricennalis actio quaeadmodum omnibus subponentur. sicut et nouella ualentiniani testatur. quiuidetur haec obscurius inter cetera posuisse. quae tamen ita dicit. excepto priuilegio pupillaris aetatis quod diuae memoriae patris nostri theodosii lege concessum est. intra eadem tempora terminetur. Nam et hoc lex ista euidenter exponit. ut sicut illa quae perpetua erant ad tricennium iussa sunt reuocari. ita omnes causae quibus infra tricennium tempora constituta sunt suis quibusque locis et temporibus obseruentur. hoc est. ut quaecumque seu de uicennio. seu de decennio seu de quinquennio seu de anni spatio posita sunt et his similia nullatenus ad tricennium perducantur.

XIII. DE QUINQUENNII PERSCRIPTIONE.

IMPP. Honorius et Th. AA. palladio ppo. post alia. Dat. VIII id. iul. rauenna eustasio et agricola cons.

INT. Quicumque rem fiscalem per quinquennium possedisse probatur. ita ut a nullo exinde fuerit expulsus. et hanc ipsam rem aliquis sibi petere a principe uoluerit. possedenti in tantum lege consultum est. ut etiam tuitionem ferre possessore

INT. V ANNOS

iudicem iusserit & conpetitionis constitutionem ordinauerit rescendendam. Si tamen ille qui possedit sine ulla inquietudine per quinquennium sedocuerit possidere qui ab hoc spatio temporis ab eo qui sine molestia possedit & ad fiscum suum ius sit excludi.

XIIII. DE RE IUDICATA.

IMPPP. Gratianus ualentinianus & theod. AAA. ad potitum ui. cm. postalia. Dat. x. kl. octb. rom. ausonio & olibrio cons.

INT. In causis priuatorum talis ratio obseruetur ut nullus alterius iudicis nisi sui sententia teneatur.

XV. DE SENTENTIIS EX PERICULO RECITATIS.

IMPPP. gratianus ualentinianus & th. AAA. elearco ppo. Dat. x. kl. ianr. constpli. antonio & siagrio cons.

INT. Obseruare iudices specialiter debent ut in omnibus causis sententia quae deliberata fuerit constitutis pariter partibus recitetur. ut ab his a quibus causa dicta est ad integrum quae dicta est fuerit sententia cognoscatur.

Dat. k. aprt. honorio. VIII. & bottio cons.

INT. Quicquid praesentibus partibus in causis fuerit ordinatum. habebit plenissimam firmitatem nec poterit inmutari.

XVI. DE FRUCTIBUS & LITIS EXPENSIS.

IMPP. Ualentinianus & ualens. AA. olibrio. pa. Dat. VII. k. mai. treuer. ualentiniano nb. & uictore cons.

INT. Quisquis rem alienam male possederit si iniudicio fuerit superatus. quod rem sibi non debitam occupare praesumpserit. sed & ille qui conuentus

INT iud

INT iudices.

&certo domino reddere peruasa uoluerit. Non solum pro hac ipsa re reddenda cum superatus fuerit teneatur. sed & fructus rei ipsius duplo ex eo tempore quo res peruasa e. cogatur exsoluere. Non quales se ipse dixerit collegisse. sed quales per diligentem culturam consequi pro rei domini utilitas potuisset. & illi etiam qui rem alienam scientes usurpare praesumpserit ad ieiunuasi loci usque ad consummatam litem similis ratio exigatur. Nam qui simpliciter sine praesumptione aliqua rem tenuerit ex eo similiter soluat. ex qua re in iuditium deducta quod rem male possedecit. Conscientiam ipsius coeperit non latere. heredes quoque eorum in his dam nis siuicti fuerint quibus auctor ipsorum similimodo subcumbant. Addimus quoque eius modi personis ut & sumptos & expensas litis ex eo die & quo de tali re coeperint litigari usque dum finiatur pulsantibus reddant. Nam & ipsi qui alios possidentes pulsare temptauerint. si ea in iuditio repetant. quae sua probare non possint. similiter sumptus & expensas litis pulsantes possessoribus reddant quantu eos toto litis tempore dispendiis fecerit

Dat̄ III kal̄ con̄pl̄ti. asclipiodoto & mariniano cons.

HT. Postea quam inter partes fuerit diffinitum iuditio intercedente negotio quaecumque actio. propter repetendos sumptos uel expensas litis obtenta fuerit nullam habeat firmitatem. quam iudicati forma non continet. quia quicumque qd̄ in iuditio aduersario praesente non petit. post et de eadē

relitem aliam non poterit inchoare.

XVII. DE USURIS REI IUDICATAE.

IMPPP. Gratianus ualentinianus et theodosius aaa. eutropio ppo. Dat. XV K. iul. tessalonice gratiano V. et theodosio aa. cons.

INT. Debitor qui post conmissum iudicium a quo uictus fuerit debitam summam implere neglexerit transactis duobus mensibus duplam centesimam debiti ipsius usque in diem solutionis se nouerit redditurum. ita tamen ut medietatem rei iudicatae mox cogatur inferre. quia non inmerito sicut male fidei possessor duplos fructus. ita et qui post iudicium tardior ad reddendum fuerit. duplam centesimam reddet. sed tamen hoc contra creditorum malitiam quibus debitorum ad dicta fuerint ordinamus ut non uelint propter duplicandae centesimae suo uitio tardius exsequi quod fuerit iudicatum. Unde debebit creditor ternis interiectis mensibus post datum iudicium contestari ut sic duplam centesimam possit exigere. Nam si collectam pecuniam habuerit debitor et oblatam ille qui uicit noluerit pro lucro duplicandarum centesimarum modum accipere. signatam eam debitor apud idoneas faciat sequestrari personas. Ut damnum usurarum postea non possit incurrere. Hoc quoque praecepimus obseruari. ut si debitoris cautio cum omni firmitate proferatur. et usurae per annos plures cum capitali debito sequa uerint a debitore amplius non petatur. sane post iudicium duplam centesimam quam reddi iussimus. taliter soluat. ut de capitali debito tantum

malitiam quibus debitores

duplae usurae reddantur. De illud uero quod in
usuris ante iudicium credit simplae tantum centesima ad&.

XVIII. QUIBUS BONIS EX LEGE IULIA CEDERE POSSUNT. IMPPP. Gratianus. ualentinianus. & th. aaa. ad basilium cut. pp. rom prët. k oct. ausonio & olibrio. cons.

INT. Nullus qui aut fiscali debito aut priuato probatur obnoxius. sed si aurum argentum uel mobile quodcumq; debuerit ob hoc se credat a debito excusandum de rebus suis se facere cessionem. sed poenis adflictus quaecumq; debuerit cogatur exsoluere. nisi forte eius modi persona sit. quae se probet omnem substantiam suam aut naufragio aut latrocinio aut incendio aut cuiuslibet maioris uiolentiae impetu perdidisse.

·i· quod dicat

APUD ACTA IMP. THEOD. A. D.

In omni cessione professio sola quaerenda ē.

ITEM DIX. In omni cessione sufficit uoluntatis sola professio.

Dat. die k mai honorio viii. & euodio consulibus.

INT. Quaecumq; aliquis alteri cesserit. profiteatur se tantum rem cessisse uel causam. hoc ē. aut gestis aut scriptura aut testibus. & sola uoluntatis illius professio pro omni uoluntate firmitate sufficiat.

XVIIII. QUORUM BONORU.

IMPP. Archadius & honorius. aa. petronio. uc. hispaniarū. Dat vi. kal aug mediolano olibrio & probino. cons.

INT. Iustum. ee. decernimus. ut quodcumq; auctor

usque in diem uitae suae tenuerit. p(ro)p(ri)etatibus heredibus debeat consignari. illi post ea cui conp(e)t(i)t actione seruata. uerum quoque intestatae uxoris suae facultatem quae sine filiis recessit consanguineis eius qui legitimi sunt tradere mox sine ulla dilatione praecipimus. et maritum proponere minime prohibemus. si quas sibi conp(e)tere putauerit actiones.

XX. UNDE UI.

IMP. Constantinus. A. seuero.

Dat. K. nou. medl. constantino. A. uii. et constantio. C. cons.

INT. Omnes iudices specialiter admonemus. ut nullus absentibus dominis res eorum praesumat inuadere. sed contra inprobos homines omnia per personam iudicis uindicentur. saluo principali negotio. quod si quis aduersus absentem negotium habere causatur. et si cui ulli qui peregrinantur rem suam conmiserint gubernandam. nec actor uel procurator eorum aut aliquis seruorum ad dicendam causam domini aut absente aut nonin iungente cogatur. sed si quid eis fuerit sublatum. mox his qui domino absente exclusi sunt. cum interpellauerint reformetur. Ipse uero dominus si forte per neglegentiam seruorum res recepta non fuerit cum de peregrinis redierit possessionem suam nulla temporis momenta beneficio etiam si annus excesserit nullatenus recipere prohibetur. sed restitutis in integrum omnibus quae eo absente sublata sunt integra causae actio proponatur. Inter legitimas

dumtaxat et integra aetate personas· quia dignum
ē· ut contra malitiam eorum qui praesentes sunt ta
liter absentibus iubeamus· ee consultum·

Impppp. Gratianus ualentinianus et th. aaa. ad potitū· uic.
s Dat̄ prid idoct̄b· treueris fragrio et eucerio cons.

Int· Quicumq; causam non ita agere uoluerit ut ad
uersarium suum publice patefacta actione conue
niat· et dominum possessoris aliqua ratione turbauerit·
ita ut negotio ipso careat· ut eam causam nū quam ua
leat reparare· qui prius rem uoluit auferre· quam quā
sperare et a iudice ut deberet audiri· Similiter et ille
omni causa priuetur· qui iudicis ordinatione suppressa
iuditium se habere dicens alienam possessionem sua
praesumptione peruaserit· quod si tutores etiā
uel curatores minorum conludio aliquo protorum nego
tiis alienam rem subeat qua diximus temeritate per
uaserint ut minorum causa depereat. Nullum mi
noribus praeiuditium fieri ex tutorum uel curato
rum temeritate permittamus· sed pro prietatem
suam sine dilatione recipiant· Curatores autem uel
tutores amissis rebus suis pp̄ et uo exilio deputentur.

s Impppp. Ualentinianus th. et arthadius. aaa. ad messianum c rip.
Dat̄. viii k iul· treuir· timasio· et promoto cons.

Int· Cognouimus rem fisci nostri uiolenter aliquos
inuasisse· sed nos euidenti lege praecipimus ut siquis
aut fiscalem rem aut priuatam ante sententiā
a iudice prolatam inuaserit· et noluerit expecta
re litis euentum· perdat negotium qui contempsit

expecta re iudicium. Ille uero qui huius praesump-
sit inuadere qd per iustitiam apud iudicem potu-
erat obtinere. habita aestimatione talem rem aliã
domino restituat. qualem noscitur ante iu-
dicium peruasisse.

Impp. Archadius et honorius aa. arriano cos. legoriae.
Dat. xv. kl. ian. medil. archadio iiii. et honorio iii. aa. cons.

Int. Propter absentes leges uolumus iterare ut quic-
quid fuerit eis a qualibet persona sublatũ totũ amicis
eorum uel proximis uel seruis cum iudicẽ interpellauerint
sine dilatione reddatur. Ut res quas discedens
dominus in sua proprietate dimisit integre ab actori-
bus domini quousque redeat iudicetur. Quaecũq;
autem in militia constitutis uel absentibus peruasa fu-
erint sine aliqua iubemus dilatione restitui.
Dat. v kl. ianr. medil. caesario et attico. cons.

Int. Nec per principis praeceptionem si a litigatore
fuerit obtenta, ł nec per responsum iudicis si fuerit
interpellatus. absente domino possessio illius au-
feratur. quia prius conueniri debet ille qui possi-
det. et nisi inter praesentes iudicium dari non potest.
Nec negotium terminari. Nam quicumq; alienam
uel absentis rem crediderit occupandam. nouerint
etiam heredes suos. similiter pro hac auctoris p-
sumptione obnoxios ee. mansuros.

Impp. honorius et th. aa. iuliano ii. proc. africae.
Dat. pr. id. n. mar. constantio et constante cons.

Int. Ad recipiendum momentum. id e. intra anni

spatium cuius libet persona agere potest si per obreptionem fuerit facta petitio alterius parti praeiudicare non poterit praeterea cum legittima persona non sit nihil ualet actio contra aetatem minorem quae contra curatorem suum potius debuit ius ratione proponi.

:tutore

XXI UTRUM VI.

Impp. Archad. et honor. AA. uincencio ppo. galliarum pala. Dat. iiii id. iul. mediol. stallicone et aurilliano. cons.

INT. Si coloni rei alienae ad alios dominos forte confugerint primum est ut fugitiuos suos de cuius iure exisse noscuntur momenti beneficio possessor sine dilatione recipiat. Et sic de eorum origine audiatur. Ne requiratur in iudicio. ut prius titulum litis petitor scribat. quia nihil ad litis ad momentaria non pertinet actionem.

EXPLICIT LIBER. IIII.

INCPNT CPTL LIBRI V

X. De inquilinis et colonis. Hoc est qui colonum alienum in fuga positus.
XI. Ne colonus inscio domino suo alienet peculium
uel litem inferat ciuilem.
XII. De longa consuetudine. EXPLICIUNT CAPIT.

INCP LIB V

I. DE LEGITIMIS HEREDITATIBUS.

IMP. Constantinus A. ad Bassum PPO.
Dat. XIIII K. Ian. Rom. Crispo II et Constantio II cons.

INT. Si mater ius liberorum non habeat hoc est si ingenua
tres partos si uiuos et liberta na quattuor non ediderit.
et unicum filium intestatum fortas se perdiderit et filius
moriens patruum unum uel plures aut certe patrui uel
patruorum filios uel nepotes plures cum matre relique
rit qui tamen emancipati non fuerint mater in tertia
portione intestati hereditate succedat et duas par — it. in filii
tes patruus uel si plures patrui fuerint aut filii uel ne
potes sibi met uindicabunt. Quod si mater ius liberorum
habeat et patruus uel patrui cum matre superfuerint et iam si
emancipati sunt. duas partes de bonis filii intestati mo
rientis mater consequitur. quae ius liberorum habet.
et tertiam patruus uel patrui. Quod si defuerint
patrui filii patruorum quanti fuerint equales sibi per
capita faciant portiones. Quod si filii patruorum defue
rint simili etiam nepotes patruorum diuisione succedant.
sed in hac successione sola constitutio praesens sufficit ut
inter matrem patruus eorum qu e filios et nepotes
bonorum possessio praesumatur. Quae si forasse

adita non fuerit. et hii qui adire debuerant moriunt. heredes eorum a successione non aditae hereditatis excludit. Quia euidenter haec lex constituit ut non adita hereditas non transeat ad heredes.

Impp. Ualentinianus. et ualens. aa. ad auxonium.
Dat. iiii k. ian. conspli. ualentiniano. u. et uictore.

INT. Si moriatur quis. et relinquat matrem et fratrem consanguineum. id est. uno patre natum. uel etiam adoptiuum id est. gestis ante curiam adfiliatum qui consanguinei locum habendus est. Consanguineus frater uel adoptiuus matrem in toto a successione mortui fratris excludunt. Quod si emancipatus fuerit consanguineus aut adoptiuus et moriatur frater superstitibus emancipatis fratribus et matre patruus eorum quae filios filias uel nepotes et iam emancipatos fratres euidenter excludunt. Ita tamen ut si ius liberorum mater habuerit duas partes de morientis filii hereditate praesumat. et tertiam emancipati fratres quos constat esse superstites. quod si mater ius liberorum non habuerit. tertiam mater consequitur. et duas partes etiam emancipati filii exclusis patruis possidebunt.

Imppp. Gratianus ualentinianus. et th. aaa. ad hilarium ppo.
Dat. xi k. mar. medi. merobaudii. et saturnino. cons.

INT. Filia quae fiduciata nomen habet hoc est. emancipata. si intestata moriatur. et relinquat superstites patrem matrem. et filios. excluso patre et matre etiam si ius liberorum

defuncta non habeat. fili soli in eius hereditate
succedant.
IMPPP. Ualentinianus. theodosius. et archadius.
AAA. constantiano ppo. galliarum.
Dat. v K mrt timasio et promoto cons.
INT. Si aliquis moriatur intestatus. et filios uel fili
as superstites uel nepotes ex filia mortua dere
linquat. filii in sua portione succedunt. Nepotes ex
filia de portionem matris suae. tertiam perdunt.
quae superstitibus auunculis eius. et materteris pro
ficit. si uero quis moriatur intestatus et relinquat
ex filia nepotes. et filios non dimittat. sed fratrem
et sororem superstites derelinquat. tres partes in
hereditati aui materni. siue nepotes uel neptis ex filia
uindicabunt. quartam frater uel soror aui defunc
ti iuxta legis huius ordinem consequatur. Si uero
mulier. id est. paterna. uel materna. auia intestata mori
atur. et relinquat filios. et ex mortuo filio uel filia
nepotes. equaliter. de patris uel matris portione nepo
tes uel neptes. tertiam perdant. quam patruis et a
mitis. ex auiae paternae bonis. auunclis et materteris
ex auiae. maternae bonis sicut et de aui materni
conquirunt. Nam si patruus et amita uel auuncu
lus et matertera fortas se defuerint. ad fratres
uel sorores auiarum tres uncias. et ad nepotes.
nouem perueniant. Nam in aui paterni heredita
te nepotes uel neptes. ex filio mortuo. de patris por
tione. nihil perdunt. si uero auus uel auia nepotes.

ac nepotis ex filia intestamento suo praeterierint. aut non probatis causis exheredauerint. actio illis de inofficioso contra testamentum. aut uel auiae quae matri eorum conpetere potuit. legis bene ficio tribuetur.

Impp. Archadius et honorius. AA. auriliano po.
Dat. prid. n. oct. constantinopoli archadio IIII. et honorio III. AA. cons.

Int. haec lex similis est superiori sed hoc amplius habet quod dotem pro filia in generum facta uel quicquid ipsa filia accepit tempore nuptiarum post mortem aui intestati nepotes confundere iubet. ita ut dote in hereditate confusa duas partes de id quod mater eorum erat habitura sus cipiant. Aut si noluerint confundere nepotes sint acceptis tempore nuptiarum rebus uel sola dote contenti.

Impp. honor. et th. AA. maximo ppo
Dat. v. kal. oct. rau. th. A. montes et constantio cons.

Int. In bonis auiae emancipatio patris aut matris nepotibus non inpediant sed per dito treante in ea quam lex eis tribuit portione succedant.

Impp. Th. et ualentinianus AA. albino po.
Dat. III. k. fb. rom. th. XIII. et ualentiniano cons.

Int. Similis est haec lex superiori sed quia euidentior est et ista inseruimus. Nam illa hoc amplius habet quod et de adoptiuo filio loquitur.

Idem AA. Ad senatum urbis romae post alia.
Dat. sub die VIII id. nou. rau. th. XII. et ualentiniano II. consulibus.

INT. Mater ius liberorum habens mortuo filio uel filia
si superstites alias filias habuerit. et filium non ha
buerit cum filiabus equalis sorte succedat. hoc est. ut mater mediam cum filiae quantae fuerint
mediam uindicet portionem. ita ut si alium mari
tum non acceperit portionem quam consecuta est faci
endi de ea quae uoluerit habeat potestatem. si uero
alium maritum acceperit. quicquid filius uel filia
mortua aliunde adquisitum reliquerint mater
perpetuo iure uindicet. De bonis uero prioris mari
ti portionem quam ex hereditate filii morientis
fuerit consecuta sorores mortuorum fratrum sibi
mox post matris obitum uindicabunt. quod si filius
uel filia qui moriuntur matrem ius liberorum ha
bentem superstitem dimiserint. et sorores secta
men filios habeant. filii eorum in integra patris
uel matris facultate succedant. ita ut ma
ter uel sorores ab hac successione habeantur
extraneae. Hoc et de nepotibus et pronepotibus filio
rum lex ista constituit.

ID. AA. Higerio PPO.

Dat. XII kl. mrt. const. ptli Tauro et qui fuerat nuntiatur cons.

INT. Haec lex constituit ut omnes propinqui uxo
rem ab intestati mariti successione prohibeant.
et maritum similiter a successione intestatae uxo
ris excludant. sed si propinqui omnino defuerint.
tunc sibi inuicem excluso fisco maritus
et uxor succedat.

VII. DE DECURIONIBUS. ID EST. CURIALIUM.

IMP. Constantinus. A. rufino. ppo.
Dat. k. decb sirmio constantino et licinio caesare cons.
INT. Si curialis intestatus moriatur. neque filios
neque proximos derelinquat. Curia cuius ordine
submouetur. quicquid reliqu erit uindicabit.
Ita ut nullus audeat ea quasi bona caduca a princi
pibus postulare. quod si fecerit non ualebit. Ita
testamentum faciendi curialibus lex ista tribu
it potestatem.

III. DE CLERICORUM ET MONACHORŪ.

IMPP. Th. et ualentinianus. AA. ad taurū. ppo et patricium.
Dat. XVIII. k. ianr. ariuindo et aspari cons.
INT. Si quis epc uel quos lex ipsa commemorat.
aut quilibet religiosi. uel religiosae intes
tate sine filiis propinquis. uel uxore decesserint.
qui tamen nec curiae quicquam debuerint. nec
patrono. quicquid reliquerint ad ecclesiā
uel monasteria quibus obsecuti fuerint p
tinebit. Qui si testari uoluerint habebunt li
berā potestatē.

IIII. DE BONIS MILITUM.

IMP. Constantinus. A. bonoso magistro militū.
Dat. V. k. mai. ariopoli rufino et eusebio cons.
INT. Milites si sine legittimo herede intesta
ti decesserint. et proximos non habuerint.
eorum bona. qui in eodem offitio militant.
uindicabunt.
IMPPP. Ualentinianus. ualens. et gratianus. AAA.

DE POSTLIMINIO

ad seuerianum ducem. Dat xvii. kl iunii remis gratiano a. i. et dagaleifo cons.

IMPP. Quicumque necessitate captiuitatis ducti sunt et non sua uoluntate sed hostili depraedatione ad aduersarios transierunt. quaecumque in agris uel in mancipiis ante tenuerunt. siue a fisco possideantur. siue aliquid ex his per principem cuicumque donatum est. sine ullius contradictione personae tempore quo redierint uindicent ac praesumant. si tamen cum aduersarius non sua uoluntate fuerint sed captiuitate se detentos esse probauerint.

Impp honorius et th. aa. theodoro ppo.
Dat. iiii. id dec rau honorio viii. et th. iii. aa cons.

IMPP. Hii qui ab hostibus tempore captiuitatis ducti sunt. si ab aliquibus uel ad uictum uel ad uestitum aliquid acceperint. cum redire ad propria uoluerint. minime aliquid pro eorum requiratur expensis. tamen si praetium pro captiuo suo predator acceperit quod dedisse eceptor probauerit. sine dubitatione recipiat. quod si praetium non habuerit. quinquennio seruiat captiuus emptori et post quinquennium sine praetium ingenuitati reddatur. Qui cum ad propria redierint omnia sua integra et salua recipiant. Si quis itaque huic tam iuste praeceptioni resistere temptauerit. nouerit se in exilium deportandum. si uero possessor fuerit.

facultatem suam fisci iuribus addicendam sane cristianos qui redemptione studere debent pro captiuis uolumus ee sollicitos; Ad curiales etiam sollicitudo ista pertineat ita ut omnes iudices sciant decem libras auri fisco se daturos qui huius legis praeceptum neglexerint.

VI DE INGENUIS QUI TEMPORE TYRANNI SERUIERUNT.

Imp. Constantinus A. ad uolusianu.
PP. VIII K. mart. rom. uolusiano et anniano cons.

INT. Ingenui qui tyranni temporis addicti sub fuerint seruituti ingenuitati reddantur. quod siquis sciens hoc ordine addictum ingenuu in seruitute tenuerit. nouerit in se legibus uindicandum.

VII. DE EXPOSITIS.

Imp. Constantinus A. ad ablauiu. ppo.
Dat. XV. K. mai. cost. pli. basso et ablauio cons.

INT. Quicumq; expositum recenti partu sciente patre uel matre uel domino collegerit aut suo labore edocauerit in illius a quo collectus e. potestate consistat seu ingenuu seu seruum que nutriuit ee uoluerit.

Impp. Honorius et th. AA. militio ppo.
Dat. XIII K. apr. rau. honorio VIII. et th. AA. cons.

s. pueru INT. Qui expositum uel puellam sciente domino uel patrono misericordiae causa collegerit in eius dominio permanebit si tamen contes

tationi de collectione eps uel clerici subscripserit. quem postea suum dicere quisque non poterit. quem proiecisse probatur ad mortem.

VII. DE HIS QUI SANGUINOLENTOS EMPTOS UEL NUTRIENDOS ACCEPERINT.

Imp. Constantinus. A. italis suis.
prp. xv k sep sir dc constantino. A viii. & constantio A iiii. cons.

Int. Si quis infantem a sanguine emerit & nutrierit. habendi eum & possedendi habeat potestate. sane si nutritum dominus uel pater recipere uoluerit. aut eius clemmeriti mancipium nutritori debet. aut prtiu nutritor quantum ualuerit qui nutritus e. consequatur.

VIII. DE FUGITIUIS COLONIS INQUILINIS ET SERUIS.

Imp. Constantinus. A. ad prouinciales.
Dat iii. k nou pacatiano & hilariano cons.

Int. Si quis alienum colonum sciens in domo sua retenuerit ipsum prius domino restituat. & tributa eius quamdiu apud eum fuerit cogatur exsoluere. ipse uero qui noluerit ee qd natus e. in seruitium redigatur.

Imppp. Gratianus. ualentinianus. theod. AAA. cinegio. ppo. Dat viii. kl noueb. constantinopli honorio. A. viii. & eudocio. consulibus.

Int. Si quis colonum alienum aut sollicitauerit aut occultauerit si priuati hominem sua sollicitudine susceperit. sex auri uncias domino reddat.

si fiscalem sollicitatum tenuerit · libra auri
cogatur inferre ·

X · DE INQUILINIS ET COLONIS ·

IMPP · Honorius & theod · AA · palladio ppo ·
Dat VII · kl iul rauenna mo naximo ·

IT · Si quis colonũ alienũ iure · sua uel in fuga lap
sũ uel in sua uoluntate migrantem tri
ginta annos habuerit · ac si suũ uindic& · Qui sin
tra triginta annos inuentus fuerit à domino cum
filiis secundum legem sibi debitis · & omne peculio
reuoc&ur · quod si forte mortuus fuerit ·
filii eius cũ mercedibus suis uel patris mortui à
domino reuocentur · Colona &iam si uiginti annis
in alieno dominio & iure permanserit · à priore
domino non requiratur · si tamen intra uiginti an
nos inuenta fuerit · & de alieno colono filios susce
perit · cum agnationes parte tertia reuoc&ur ·
quia colono duae partes agnationes secuntur ·
sane ne separatio coniugii fiat · Illũ cuius colonus ẽ ·
uicariam mulierem & pro tertia agnatione muli
eris domino conpensare praecepimus · si uero mu
lier iuris alieni ingenuum maritum duxerit · om
nis mulieris agnatio ad eius dominum pertinebit · quod e
hic ẽ minus de colonae agnatione · in nouellis legibus
inuenitur ·

XI · NE COLONUS INSCIO DOMINO SUO ALI
NET PECULIUM UEL LITEM INFERAT CIUILẼ ·

IMPP · Ualentinianus & ualens · AA · ad clearcũ uicariũ asiae ·

Dat. VI K. febr. ualentiniano et ualente consulibus.

INT. Intantum domini coloni in omnibus tenentur obnoxii. ut nescientibus dominis nihil colonus neque de terra neque de peculio suo alienare p̄sumat.

XII. DE LONGA CONSUETUDINE.

Imp. Constantinus A. ad maximum.

Dat. IIII. K. mart. constantinopoli. iuliano A. IIII. et salustio cons.

INT. Longa consuetudo quae utilitatibus publicis non inpedit pro lege seruabitur. EXPLICIT LIB. V.

INCIPIT LIB. VI.

I. UT DIGNITATIS ORDO SERVETUR

Imppp. Gratianus. ualentinianus et theod. AAA. ad clearcum ppo.

Dat. III. K. ianr. constantinopol. merobaude II. et saturnino consul.

INT. Nemo sibi honores uel dignitatē quā a principe non meruerit p̄sumat. qui a sicut eis qui meruerunt dignitas ornamento est. ita notamaculandi sunt. qui p̄sumunt.

Id. AAA. ad praetextatum ppo.

Dat. XII. K. ianr. mediol. ricomere et eliarco consulibus.

INT. Si quis p̄sumpserit quam non meruerit a principe dignitatē sacrilegii reus habeatur. EXPL. LIB. VI.

INCIPIT LIB. VII.

I. DE DEPRAEDATIONIBUS. DRE MILITARI.

Imp. Constantinus A. et caesar.

Dat. III. K. mar. seuero et rufino. cons.

INT. Si quis cum quibuslibet hostibus p̄das egerit aut p̄da cū p̄donibus diuiserit incendio concremet.

EXPLICIT LIB. VII.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI · VIII ·

INCIPIT LIBER · VIII ·

I · DE TABULARIIS LOGOGRAPHIS ID EST CENSUALIBUS

IMPP · Archadius · et honorius · AA · adriano · ppo ·

Data VIII kal. Ap. mediolano uincentio et frauito cons.

IMPS Siue in sole da prouincia siue per singulas ciuitates tabularii fuerint ordinati hoc est qui rationes publicas tractant ingenui a prouincialibus ordinentur et coloni uel serui ad hoc offitium nullatenus admittantur · Quia quibus fides publica conmittenda est · tales elegi debebunt de quibus querela esse non possit · et quod si dominus colonum aut seruum suum tabularium

.ee. consenserit. pro consensu dominus hac multa feriatur. Ut quicquid colonus ille uel seruus detrimenta admiserit. hoc dominus sine mora restituat. Colonus ille uel seruus uerberatus. fisci iuribus addicatur.

II. De cursu publico angariis et parangariis

Impp. Archadius et honorius. aa. messale ppo.

INT. Siquispiam paruered(um) aut parangariam non ostensa euectione. quae tamen pro publica facta sit necessitate p(rae)sumpserit. periculo curatoris siue defensoris et principalium ciuitatum. ad ordinarium iudicem dirigatur. singulas libras auri per singulos paruerodos uel parangarias. fisci iuribus inlaturos. quam parte si rector prouinciae atque officium eius conludium praebere uoluerint. duplum ex suis bonis nouerint exigendum. haec lex int(erpretatione) non eget.

III. De exsecutoribus et exactoribus. hoc est ut die dominico actio conquiescat

Imppp. Gratianus. Ualentinianus. et theod. aaa. ad principium ppo.
Prd. kl. nou. aquileia accept. viii. k. decembrem honorio nob. et euodio cons.

INT. Dies solis qui dominicus merito dicitur. Omnium hominum actio conquiescat. Ita ut nec priuatum nec publicum debitum requiratur. Nulla iudicia neque priuata neque publica fiant. Quod qui non obseruauerit. reus sacrilegii teneatur.

IIII. Ne quid publicae laetitiae nuntii ex descriptione

Imppp. Ualentinian. theod. et archad. aaa. habedacian. k. noub.
Dat. iii. k. mai. mediol. timasio et promoto consulibus.

INT. Quando gaudia publica nuntiantur. nihil inuitis prouincialibus gratulationis nomine exigatur.

V. De donationibus

Imp Constantinus a ad maximu ppo
Dat iii non februarii rom sauiano & rufino consulibus.
INT. Donatio aut directa e aut mortis causa conscri
bitur. Donatio directa e ubi in psenti res donata tra
ditur. Mortis causa donatio e ubi donator du aduiuit
re quem donat sibi reseruat. scribens si prius mortuus fue
ro quam tu. res mea ad te perueniat. Ut postea ad illu cui
donat non ad heredes donantis res donata perueniat. Quod
si prius moriatur cui res mortis causa donata e. res in iu
re pmanet donatoris. Est & alia donatio ubi donator
obligat illu cui donat. Ut aliquid faciat. aut n faciat. Id e.
si aliquid iubeat fieri. quod inpossibile iudicetur. Aut qd
honestati contrariu uideatur. Aut si ordinet fieri quod
honestum e. & possit impleri. Quia tunc infirmatur do
natio. quando conditiones honestatis. possibiles imple
tae non fuerint. Na si inhoneste & inpossibiles donatio
nes ponantur. Remotis conditionibus. firma donatio e.
Est tertia alia. In qua sibi donator. certu tempus donationis
reseruat. Quae tamen omnes donationes superius
conphensae. si modum excesserint lege conscriptu. Un
de possunt certe psonae de inmodica donatione propone
re. Hoc e. si quartam sibi facultatis suae donator n
reseruauerit n ualebunt. sed praeterea illa donatio
contra lege est. Siquis re in litem posita quae repetit
aut directo ordine donet. aut conditione contra bonos
mores. hoc e. causam cuius libet criminis donator. in
donatione conscribat. Minoribus uero si quid fuerit
per donatione a quocuq; oblatu siue conlatu. Tutores

uel curatores eorũ debent studere. Ne quid firmitate
donationis desit. Quod si eorũ neglegentia donatio ad
effectum pducta non fuerit. ad eorum dispendiũ ptine
bit. Ita ut quicquid minoris donatione perdiderint.
tutores uel curatores illi de propria facultate restitu
ant. In conscribendis autem donationibus. hic ordo
seruandus ē. Ut donatio nomen prius contineat dona
toris uel illius cui donatur. Deinde res quae donatur
siue in agris siue in mancipiis siue in quibus lib& rebus at
que corporibus nominatim in donatione conscribendae
sunt. Non occultae sed publice. Non priuatim uel secre
tae. sed ut aut in tabulis aut in cartis. aut ubicumq;
legatur. facta donatio. Quam tamen donationē si litte
ras nouit donator. ipse subscribat. Si uero ignorat psen
tibus plurimis eligat qui pro eo subscribat. Et hanc ipsa
donationem & gestorũ solemnitas & corporalis traditio
subsequatur. Ita ut si mobilia donantur. psentibus pluri
mis tradantur. Si uero ager uel domus donatur. quod
moueri non potest ut inde donator abscedat. Et nouo do
mino pateat. res donata. si tamen sibi de his rebus usũ fruc
tũ donator [illegible] nõ reseruauerit. gesta uero donatio
nũ. aut apud iudicē aut apud curiā alliganda sunt.

IMPP Honorius & theod. áá. maximo ppo.

Dat. prid. k mart constant pt dom honorio á xi & constantio uc cons.

INT Quicumque de rebus propriis reseruato usu fructu
cuilib& aliquid quacũq; donatione contulerit uel in dotē
dederit. & sibi usũ fructũ reseru& rē. tradidisse cognos
citur. Quia reseruatio usu fructu & iã si stipulatione inserta

non fuerit pro traditione habeatur.

VI DE REUOCANDIS DONATIONIBUS

Impp Constantinus & Constans aa ad philipphum ppo.
Dat XI kl oct limenio & catulino consulibus.

INT Donatio in emancipato filio a patre facta si laesum pater se ee probauerit reuocetur.

Id aa ad orfitum ppo
Dat V kal apr arbitione & lolliano cons.

INT Siquis filios non habens bona sua uel partem bonorum libertis donauerit si is qui donauerat filios postea habuerit donationes in libertis factas ad integrum reuocantur siue uacuantur.

Id aa ad orfitum ppo
Dat VIII k iulii sirmio datiano & cereale consulibus.

INT Siquis filius donatione matris aliquid fuerit consecutus & eam postmodum laeserit probatis in iudicio laesionibus causis donationem mater si uoluerit in integrum reuocauit. Quod si mater haec quae filio donauit ad secundas nuptias transierit contra donationem per quamcumq; occasionem ueniendi nullam habeat potestatem. Seruatis de reliquo legibus quae sub titulo de secundis nuptiis continentur.

Impp Theod & ualentinianus aa ad senatum post alia.
Dat VI id nouemb rauenn dd nn theodosio XV & ualent II aa cons.

INT Siquis filio filiae nepoti ex filio uel pronepote ex nepote emancipationis tempore aliquid donauerit id nisi probatis in iudicio manifestis offensarum causis reuocare non poterit.

VII· DE INGRATIS LIBERIS·

Imppp· Ualentinianus· Ualens & gratian· aaa ad praetextatum ppo
Dat· v· k sept ambianis lupicino & iouino consulibus·

Int Filii emancipati si iniuria patris· grauemque fuerit pro
bari posse in tuleri(n)t & conuicti fuerint hoc fecisse·
recisa emancipatione in familia reuocantur·

VIII· DE HIS QUI ADMINISTRANT UEL PUBLICUM
OFFICIUM GERENTIBUS DISTRACTA SUNT UEL DONATA·

Imp Constantin· a ad ueronicianum uc asiae palia·

Int Damus prouincialibus facultatem ut quicumque sibi
a numerariis qui diuersis rectoribus obsecuntur·
cum quaesti fuerint aliquas uinditiones extor
tas irritas inanesq; efficiantur· & male uindita
ad uinditoris dominium reuertantur· amissione
etiam pretii inlicitis & detestandis emptoribus puniendis·
Dat xiiii· k ianr optato & paulino cons· haec lex expositione non indig

VIIII· DE
GENERIS ET CRETIONE SUBLATA

Imp Constantinus· a consulib praetorib; & tribunib; plebis senatui salutem dicit·
Dat kag aquileia rec apud uitam rufinum ppo in senatum septembrio constant & licinio cons·

Int Legis istius reliqua pars in aliis legibus continetur·
hoc tantum de reliquis legibus plus habet ut patres qui
filiorum res gubernare ius sibi ut negotia eorum summo
mo studio & integritate agere procurent· nihil p
neglegentiam eorum filiis pereat· sed fructus re
rum maternarum sine aliqua neglegentia redigi
uel uindi faciant· Ut ex tempore conpetenti sicut lex
uel nola dicit portiones suas filii sine inminutione percipiant· : aliqua

res filiorum patribus alienare non liceat hoc·ē·nec
uindere nec donare· quodsi fortas se psumpserit
emptor uel qui donator accesserit· Grandi se sol
licitudine & cura custodiat· Ne filiorum res a pa
tre conparatas aut donatas accipiant· aut scientes
aut etiam nescientes· sed conpellant qui uinditor uel
donator fuerit & filioru· res in suar & ē nec potestate ut pro
bet suum ēē· quod tradet etiā aut suspitionem suā
posset abstergere· fideiussorem a patre uindito
res percipiant qui oblegatione rerum suarum·
damnum emptori non faciat· Quia defuncto pa
tre licet filius res suas a quibuscumq: personis siue uen
ditae siue donatae a patre fuerint· in suum domini
um reuocare··

Idē A· Iulio seuero.

Dat·VIII·Id sept· medl accep·Non octb constantino·A·V·& liciniō·cons.

Idē. Materna bona filiorum· defuncta uxore pater
ita possedeat· ut usum fructum debis habeat sed quan
tum aut quam diu habeat lex nouella constituit· Dis
trahendi tamen aut donandi nullam ex his pater ha
beat potestatem· sane si filium mortua matre eman
cipauerit de bonis maternis id·ē· de emancipati fili por
tione ipse filius muneris causa de maternis bonis tertiā
offerat portionem quae tamen in ipsius proprietate
mansura ē· ita ut eam pater bonis uiris diuidentibus
consequatur· si tamen tantum patris nomen ad hoc
adduci potuerit ut rem filioru impia cupiditate susci
piat· aut alius derelinquat studere tamen filios dec&

ut id quod parentibus causa emancipationis obtu lerint seruitio et pietate recipiant.

IMPPP. Gratianus. ualentinianus et theodosius aaa. ad hesperium ppo.
Dat. prid. kal. aug. accepta iiii kl. sep. ausonio et olibrio consulibus.

INT. Pater uxore mortua filiorum bona ita pos sedeat ut ex his ei nec uindere aliquid liceat nec donare. nec quolibet alio ordine alienare. similiter et quae eum q: auiuel proaui materni nepotibus neptibus pronepotibus uel donauerint uel fortasse reliquerint in alias personas transferre patri quo libet ordine non licebit. sane si quid extraneorum donatione uel munere filius in familia positis facultates accesserint. uel ali parentes quam qui supranominati sunt contulerint. id totum a patre adquiratur. ut faciendi ex hoc quod uoluerint habeant potestatem.

IMPP. Archad. et honorius aa. florentio ppo
Dat. id. octobris mediol. olibrio et probino consulibus

INT. Quicquid a nepotibus uel pronepotibus auorum uel auiarum maternarum munere uel testamentum uel successione aut qualibet scriptura peruenerit. id praecipuum hoc est proprium post patris obitum uindicabunt. neq: in quo heredum communione mittendum est quod auorum expressis nominatisq: personis maternorum fuerit largitate conlatum.

IMPP. Th. et ualentinianus aa. ad senatum urbis romae p alia.
Dat. viii id. nou. rauenn. xii. et ualentiniano. ii. aa. cons.

INT. Uxor si superstite marito defecerit et omnes filios

∴ pronepotibus
∴ a

in patris potestate dimiserit. pater de maternis filio
rum bonis usumfructū habeat usque ad illum tēpus
quo lex nouella constituit. Quod si post matris obitū p̄
filios uel filias pater emancipauerit de eorū portionib;
quos liberos facit triantem. á filiis p̄o conlata liberta
te pcipiat iuri suo ppetuo uindicandū. Quod si supres
tite matre pater filiū uel filias emancipauerit. quia
non potest matre uiua de filiorū portionibus uindicare.
tertiā portionē necesse erit ut post matris obitū. si
supestis pater fuerit. á singulis emancipatis filiis uiri
lem. id ē. de uno mediā. De duobus tertiā. De tribus quar
tā pcipiat portionē in usufructu. quousque uixerit pos
sidendā. Quod si aliqui filii uiua matre á patre eman
cipati fuerint. & aliqui fortasse non fuerint. circa eman
cipatos uel non emancipatos. eadem quae superius cōp̄
hensa ē. a patre forma seruetur. Quod si mortua uxore
filii non fuerint. & nepotes uel neptes ex filiis auus paternus
habuerit qui omnes in aui potestate cōsistunt. eademq; de
filiis circa nepotes in omnibus forma seruetur. Aut uero
si aliquos ex ipsis nepotibus auus emancipare uoluerit.
tertiam similiter sicut & de filiorum partibus accipiat
portionē. Itā & de pro nepotibus similiter. obseruari lex
ista constituit

IDĀĀ. AD SENATUM POST ALIA.

Dat̄ viii id. nouē. raū thxii & ualentiniano ii. cons.

INT. Si amissa matre patre superstite unus uel una
de filiis seu emancipatus seu non emancipatus sine filiis
moriatur. pater mortuo filio in totam illius portionē.

iure succedat. Quod si aliam uxorem duxerit haec quae de maternis bonis mortuus filius dereliquit. pater usufructuario tantum ordine possedebit post cuius obitum ad fratris mortui ex eodem matrimonio natis quod ille de maternis bonis habuit reuertat. Aliunde uero filio qui morit. adquisita in proprietate patri resedebunt. Quod si filius uel filia uiuo patre habentes filios moriantur. pater res nepotum sicut filiorum iure usufructuario tenebit. Si uero hii qui moriuntur emancipatus uel emancipata moriatur. In portionibus eorum integrum filius iussi sine ulla potestate succedant.

X. DE BONIS QUAE FILII FAMILIAS EX MATRIMONIO ADQUIRUNTUR.

Impp. Th. et Ualentinianus AA. ad senatum. p(er)celia.
Dat. VIII id. nou. Rau. Th. XII. et Ualentiniano II. AA. cons.

INT. Sicut id quod auus uel auia materna nepotibus pronepotibus positis in patris potestate donauerint. patri non adquiritur. Ita ut quicquid maritus uxori uel uxor marito in patris potestate positis donauerint aut testamento dimiserint. id a patris dominium minime pertinebit. sed hoc sibi filii ad integrum uindicabunt. EXPL. LIB. VIII.

INCIPIUNT CAPIT. DE LIBRO VIIII.

:2 h

·/· [illegible] auguriatores consuluerint q nocturna [illegible] celebrauerint [illegible]
[illegible] doemonu inpletes hominu turbant.

INCIPIT LIBER VIIII.

I. DE ACCUSATIONIBUS ET INSCRIPTIONIBUS

IMP. Constantinus A. ad octauianū comitē hispaniarū.
Dat. prid. ... corduba ... Gallicano et Basso cons.

INT. Quicumque damnabile uel puniendū legibus crimen admiserit non se dicat in foro suo id ē in loco ubi habitat debere pulsari. sed ubi crimen admissum ē ab eius loci iudicib; uindicetur. Nec de eius persona ad principem referatur.

IDē A. Ad agricolā ppō. v. id. feb. probino et iuliano cons.

INT. Feminis nisi in sua suorumq; causa quemquā accusare non liceat quia susceptione alienarum causarum legibus prohibentur. Aduocatos etiam conmonendos ne contra leges suscipiant in alienis causis feminas litigare cupientes.

IDAA Ad maximum ppo.

Dat. XII K. iun. Sirmio accep. Rom. Constantino A. VII. & Constantio caes. cons.

INT. Siquis iratus crimen aliquod temere cuilibet obiecerit. conuicium non est pro accusatione habendum. sed permisso tractandi spatio. id quod iratus dixit. per scripturam se probaturum esse fateatur. quod si fortasse resipiscens post iracundiam quae dixit iterare aut subscribere fortasse noluerit. non ut reus criminis teneatur.

Impp. Ualentinianus & Ualens AA. ad Ualerianum ppo.

Dat. VII K. decemb. Remus Gratiano A. & Dagalaifo consulibus.

INT. Tam ciuile negotium quam criminale accusationem professio manu accusatoris conscripta praecedat.

IDAA. Et Gratianus A. ad Florianum comitem post alia.

Dat. id. nou. Marciano Ualentiniano & Ualente III cons.

INT. Criminum discussio ibi agitanda [illegible] ubi crimen admissum est. Nam alibi criminum reus prohibetur audiri.

IDAA Ad Florianum comitem post alia.

Dat. V. id. nou. Constpli Ualentiniano & Ualente III AA. cons.

INT. Nisi inscriptione celebrata reum quemquam non fieri nec ad iudicium exhiberi. quia sicut conuictum poena constringit. ita & accusatorem si non probauerit. quod obiecit.

IDAA. Lauditio psidi Sardiniae.

Dat. prid. id. ag. Car. nunc Gratiano III. & Equitio uc cons.

INT. Non credendum est contra alios eorum.

confessioni qui in criminibus accusantur. Nisi se prius probauerint innocentes. quia periculosa ē. et admitti non debet rei aduersum quemcumq: professio.

Imppp Gratianus. ualentinianus. et theodosius. aaa ad marinianum uic. hispaniarū.

Dat. vi k. iun. pacatiano merobaud. iii. et saturnino cons.

Int. Quicumq: alium de homicidii crimine periculosa uel capitali obiectione pulsauerit. Non prius a iudicibus audiatur. quam se similem poenā quam reo intendit subscripserit subiturum. Et si seruus alienus accusandus ee. crediderit. se simili inscriptione constringat futurum. Ut supplicia innocentium seruorum. aut poenam aut facultatum amissione conpenset. [l. capitis sui.]

Id. AA. Cinegio ppo.

Dat. prid. k. mai. constpli. archadio a. i. et bautone cons.

Int. In criminalibus causis uel obiectionibus per mandatum nullus accuset. Nec si per rescriptum principis hoc poterit inpetrare. sed ipse qui crimen intendit. praesens per se accuset. inscriptione praemissa. Iudices autem puniendi sunt. et dānandum officium si fortasse tacuerint. si innocentem nisi praemissa in subscriptione subdendum crediderit quaestione.

Imppp. Archad. et honor. aa.

Dat. iii. n. aug. constpli. archadio iiii. et honorio iii. aa. cons.

Dimitte.

Int. Rei non multo tempore in carcere uel in custodia teneantur. sed celeriter aut innocentes absoluantur. Aut si conuicti fuerint criminosi sententia puniantur.

Impp. honorius & theod. aaa. cons. b. p torib. tribūs plebibus salutē dicunt

Dat. viii id. aug. rau. asclipiodoto & martiano cons.

Int. Ante inscriptionem nemo efficiatur criminosus. Nam inscriptionem per ordinem factā tunc a iudice suscipiendus ē. reus & custodiae cum accusatore tradendus ē. Ea tamen ratione ut tam accusati quam accusatoris dignitas aestimetur. et unum quemq; ante discussionem ita iudex faciat custodiri ut eorum natalis aut dignitas patiuntur. Sane his qui crimina sua in quaestione confessi sunt. de aliis si dicere uoluerint a iudice non credantur. quia iure & legibus constitutum ē. ut spontanea professione reus reum non faciat. Neq; illi de altero credatur. qui se criminosum esse confessus est.

Int. q. t nulli criminoso licet accusare

II. DE CVSTODIA REORV̄.

Imp. Constantinus a. achindino ppo.

Dat. k. aprl. achindino & proculo cons.

Int. Viri ac mulieres etiam si criminis equalitate iungantur. Non tamen in unius carceris custodia teneantur.

Imppp. ualentinianus. ualens. & gratianus. aaa. ad probum. ppo.
Dat. iiii k. iul. constpl. gratiano a. & probo. cons.

Int. Si de carcere reus fugerit ab eo cui est traditus requiratur. qui si eum non poterit praesentare nouerit se neglegens custus illius se aut damnum aut poenam qui fugerit subiturum.

Impp. honor. & th. aa. ciciliano ppo galia.
Dat. viii k. febr. honorio viii. & th. iii. aa. cons.

Int. Omnibus dominicis diebus iudices sub fida custodia de carceribus reos educant. ut eis a christianis uel a sacerdotibus substantia praebeatur. & ad balneum praedictis diebus sub custodia religionis contemplatione ducantur. si quide iudices hoc implere neglexerint. poenam quam lex ipsa constituit cogantur implere. :quã.

IIII. NE PROPTER CRIMEN MAIESTATIS SERUUS DOMINUM UEL PATRONUM LIBERTUS SEU FAMILIARIS ACCUSET.

Imppp. ualentinianus. gratianus. & ualens. aaa. ad maximum. ppo.
Dat. id. mar. ualente v. & ualentiniano aa. cons.

Int. Seruus dominum accusans. non solum audiendus non est. uerum etiam puniendus. nisi forte dominum de crimine maiestatis tractasse probauerit.

Impp. Archadius. & honor. aa. eutitiano. ppo.

Dat̄ vi id nouḃ constpt caesario & attico cons.

INT. Si seruus dominum aut amicus uel liber
tus siue domesticus patronum accusauerit.
uel detulerit cuiuslib& criminis reum statim in
ipsa initia accusationis gladio puniatur; quia
uocem talem extingui uolumus non audiri; nisi forte
te dominum aut patronum de crimine maiesta
tis tractasse probauerit.

Impp honorius & th. aa. ad senatū p̄ alia.
Dat. vi id aug rau. asclepio doto & mariniano. cons.

INT. Liberti accusatores patronorum ubi primū
in accusationis uocem proruperint puniantur.

IIII. AD LEGE IULIA DE ADULTERIS

Imp. Constantinus. a. africano.
Dat. iiii no feb. eracleo. constantino. a. vii. & constantio. c. cons.

INT. Tabernae domina hoc. ē. uxor tabernarii si
inuenta fuerit in adulterio accusari potest. ;
si uero eius ancilla uel quae ministerium tabernae
p̄buit. in adulterio fuerit dep̄hensa pro uilitate
dimittetur; sed & si ipsa taberrnarii uxor tā uilis. ministe
rio officium egerit. in adulterio fuerit dep̄hensa. accusari n̄ poterit a marito.

DA. Ad euagriū ppo. Nicomediae. iiii k̄ mai. constanti
no a. vi. & constant. uc. cons.

INT. In adulterio extraneam mulierem nul
lus accus&. ; sed propinqui ad quorum no
ta pertin& hoc. ē. frater germanus. frater patrue
lis. patruus & consubrinus; reliqui tamen ante

inscriptionem si accusata adquieuerit. possunt per
satis factionem ueniam promereri, reliqui ab hac
accusatione prohibentur. Mariti sane etiam ex
suspicione accusare permissum est.

Imppp. Gratianus ualentinianus et theod. aaa. cinigio po.
Dat. IIII id. dec. b constpl. archadio a. I. et bautone cons.

Int. De adulterio uxorem maritus per tormen
ta familiae utriusque: hoc est suae et uxoris quaere
re permittitur, si tamen illo tempore quod ad
missum dicitur haec ipsa mancipia praesentia
aut in eadem domo fuisse probantur. Similiter
et si mortem sibi ab uxore adultera maritus para
tam fuisse conquiritur, utriusque familiae discus
sione quaeri licet, similiter etiam familiae u
triusque poena quaerendum est, si maritus mortem
uxori quaelibet ratione parauerit.

Imppp. Ualentinian. theod. et archad. aaa. cinigio ppo.
Dat. prid. id. mar. tessal. theod. a. II. et cinigio cons.

Int. Nec iudaeus cristianam nec cristianus
iudaeam ducat uxorem, quod si fecerit cu
iuslibet accusationis uelut in adulteriis
uindicetur.

Idem aaa. Urgerio uc. urbis romae.

Int. Omnes quibus flagitiosus est uirili corpus
muliebriter constitutum alieni sexus
damnare patientiam, nihil enim discretum.

uidentur habere cum feminis. et huius modi scelus spec
tante populo flammis ultricibus expiabunt.
ppo in foro traiani v. iiii. id. aug. ualentiniano iii. et neuterio.
haec lex interpretatione non eget.

Imppp. Th. arcad. et honor. aaa. rufino ppo.
Dat. vii. id. dec. const. arcadio a. ii. et rufino uc

Int. Cum adulterium maritus accusator obiece
rit dotis aut donationis repetitio conquies
cat. quia ciuilem repetitionem misceri criminali
accusatione non oportet.

Idem aaa. rufino ppo.
Dat. iiii. id. dec. constpli. th. a. v. et abundantio cons.

Int. Qui in adulterium accusantur. etsi se pro
pinquitatis aut amicitiarum excusatione de
fenderent. si fortasse aliquo libet tempore se
cretum crimen publica coniunctione prodide
rint. eos uelut manifestos adulteros
placet puniri debet.

V. SI QUIS EAM CUIUS TUTOR FUERIT CORRUPERIT

Imp. Constantinus a. ad bassum uc. it. al.
Dat. prid. non. apr. aquileiae constantino a. vii. et constantio caes. cons.

Int. Ubi primum puellae sub tutore uiuentes
ad annos peruenerint nuptiales. et quicumque
petitor accesserit. non prius puella iungatur.
nisi uirginitas illius quod a tutore seruata sit.
fuerit adprobatum. Nam si ab ipso tutore coniuncta

eius uiolata uirginitas. statim exilio deputetur.
et res ipsius omnis fiscus usurpet.

VI. DE MULIERIBUS QUAE SE SERVIS PRO PRIIS IUNXERUNT

Imp. Constantinus A. ad populum.
Dat. III k. iul. sirdicae constantino A. VII. et constantio cons.

Int. Siqua ingenua mulier. seruo proprio se oc
culte miscuerit capitaliter puniatur. seruus
etiam qui in adulterio dominae conuictus fuerit.
ignibus exuratur. In potestate habeat huiusmo
di crimen. quicumque uoluerit accusare. serui
etiam aut ancillae. si de hoc crimine accusationem
detulerint. audiantur. ea tamen ratione.
ut si probauerint. libertatem consequantur.
si fefellerint. puniantur. hereditas mulieris quae
se tali crimine maculauerit. uel filiis si sunt ex
maritis susceptis. uel propinquis. ex lege uenien
tibus tribuatur.

VII. AD LEGEM IULIAM DE UI PUBLICA ET PRIUATA.

Imp. Constantinus A. ad catulinum proconsulem africae.
Dat. XV k. mai. sirdicae gallicano et basso. cons.

Int. Conuictus in iudicio de euidentis uiolentiae
crimine. capite puniatur. Nec sententiam iudicis
qui damnatus est. qualibet appellatione suspendat.
et si fortasse homicidia ab utraque parte conmissa fuerint
in illum uindicetur. qui uitalium per caedem expellerit

uiolenter egressus e.

III·X· Ad bassum ppo.

ppo. iii. n. octb. constantino a. v. et licinio caes. cons.

§ INT. Si quis aduersarium suum ita apud iudicem crediderit accusandum ut se adserat uiolentiam pertulisse, ad probationem rei eum conuenit adteneri; quod si probare non potuerit quem dixerat uiolentum eadem poenam suscipiat quam ille quem inpetit conuictus potuisset excipere. De reliquo haec lex praetermittenda e. quia in quarto libro e. sub titulo uigesimo; Unde ui quae tamen temporibus posterior inuenta est habetur exposita.

Impppp Ualentinianus th. et archad. aaa. ad albinum ppo.

Dat. prid. n. mar. medl. ualentiniano a. iiii. et neuterio cons.

§ INT. Serui si inscio domino confessi uel conuicti fuerint uiolentiam conmisisse addicti tormentis grauibus puniuntur; si uero iubentibus dominis uiolentiae crimen admiserint, domini qui inlicita praeceperunt notantur infamiae, et nobilitatis uel honoris sui dignitate tenere non possunt; serui autem qui talibus dominorum furoribus paruerunt in metallo detruduntur. Ceterum non liceat iudicibus discussionem uiolentiae deferre uel dimittere uel donare; qui si probauerint uiolentiam et non statim uindicauerint, nouerint se

periculum subituros. Uel si autem personae quae
bis aut frequenter admisisse uiolentiam conpro
bantur, constituta e legibus poenam supra scriptae
omni modis feriantur.

T. VIII. DE PRIUATIS CARCERIS CUSTODIA. 5

Imppp. Ualentinianus Th. et Arch. AAA. Asterio ppo. Augustali.

Int. Si quis post hac reum priuato carcere re[t]inuerit, sana
r[e]t reos maiestatis habeatur.

Dat. prid. k. mart. Tess[alonica] Th. A. II et Cinigio cons. IST IIT IIII P[O]C

T. VIIII. DE EMENDATIONE SERUORUM. 5

Imp. Constantinus A. ad Maximum et Macrouio.

Dat. k. mart. Sirmio Constantino ucc. cons.

Int. Si seruus dum culpam dominus uindicat
mortuus fuerit, dominus culpam homicidii non
tenetur, quia tunc homicidii reus est, si occidere uo
luisse conuincitur. Nam emendatio non uocatur
ad crimen.

T. X. DE EMENDATIONE PLURIMORUM. 5

Impp. Ualentinianus et Ualens AA. ad senatum.

Dat. prid. k. dec. Ualentiniano et Ualente AA. cons.

Int. Propinquis senioribus lege permittitur
errorem uel culpas adul[es]centium propinquo
rum patria districtione corr[ig]ere, id est ut si
uerbis uel uerecundia emendari [no]n possint,
priuata districtione uerberibus cor[ri]gantur.
Quod si grauior culpa fuerit adulescentium [qua]m priuata

emendari non possunt. in notitiam iudicis deferat.

XI AD LEGEM CORNELIAM DE SICARIIS.

Imppp. Ualentinianus. ualens. & gratianus. aaa. ad probum. ppo. prop.
Dat. VIIII kl febr. rom gratiano. a. II. & equitio cons.

Int. Si ue uir siue mulier infantem necauerit. rei homicidii teneantur.

Imppp. Ualentinianus th. & archad. aaa. ad prouinciales.
Dat. VII kl iul tatiano & symmacho cons.

Quod morf n requiritur

Int. Quotiens ad faciendam rapinam aliquis aut iter agentem aut domum cuiuslibet nocturnus spoliator adgreditur. huiusmodi personis qui uim sustinent. damus etiam cum armis licentiam resistendi. Et si pro temeritate sua occisus fuerit ille qui uenerit. mors latronis ipsius animae n. requiratur.

XII. DE PARRICIDIO.

Imp. Constantinus. a. ad uirinum. uc. africae.

Dat. XVI kl decb accep prid id mart. cartagine constantino a. V. & licinio caesare consulibus.

Int. Si quis patrem matrem fratrem sororem filium uel filiam uel alios propinquos occiderit. remoto omnium aliorum genere tormentorum. insuto de coriis sacco. qui culleus nominatur. in quo commissus fuerit. cum ipso etiam serpentes claudantur. Et si mare uicinum non fuerit in quolibet gurgite proiciatur. ut tali poena damnetur.

nulloumquam tempore obteneat sepulturam.

XIII. DE MALEFICIS MATHEMATICIS ET CETERIS SIMILIBUS.

Imp. Constantinus A. et caes. ad bassum ppo.
Dat. XV. kl. aug. aquil. crispo et constantino. cons.

Int. Malefici uel incantatores uel inmissores tempestatum uel hi qui per inuocationem daemonum mentes hominum turbant omni poenarum genere puniantur.

Imp. Constantinus A. et iulianus caes. ad populum.
Dat. VIIII. k. febr. medil. constantino A. VIII. et iul. caes. II. cons.

Int. Quicumque pro curiositate futurorum uel inuocatorem daemonum uel diuinos quos hariolos appellant uel haruspicem qui auguria colligit consuluerit capite puni etur.

Impp. Ualentinianus et Ualens AA. ad secundum ppo.
Dat. V. id. sept. diuo iouiano et barroniano. cons.

Int. Quicumque nocturna sacrificia daemonum celebrauerint uel incantationibus daemones inuocauerint capite puniantur.

XIIII. AD LEGEM FABIAM HOC EST QUI FILIOS INUOLANT ALIENOS.

Imp. Constantinus A. ad domitianum celsum u.c. africae.
Dat. k. aug. constantino A. III. et licinio. c. cons.

Int. Hii qui filios alienos furto abstulerint et ubi

cumq; transduxerint siue ingenuus siue seruus sit morte puniatur.

XV. AD LEGEM CORNILIAM DE FALSO.

IMP. Constantinus A. mechilio hilariano correctori lucaniae et britiorum.

Dict. IIII K. febr. accep. K. aug. sabino et rufino consulibus.

INT. Si quis curialis uoluntate morientis aut quolibet publicum documentum scripserit et de falsitate accusator seposita primitus dignitate si necesse fuerit subdatur examini qui si conuincitur a curia non expellitur sed curiae dignitati priuabitur. id est ut honoratus esse non possit. Tabellio uero qui ad manuensis nunc dicitur. etiam si ad curiae peruenerit dignitatem. si de falsitate accusatus fuerit aut conuictus subdatur examini. Ut per ipsum per quem confecta est scriptura e ueritas adprobetur.

IMPPP. ualentinianus gratianus et ualens AAA. ad maximum ppo. ppo XVI K. mai. ualente V. et ualentino A. cons.

INT. De falso potest criminaliter et ciuiliter agere. Ciuiliter cum aliquis in quibuslibet scripturis non falsi crimen obiecerit sed ueritatem scripturae quaerere uelle se dicit. Nam et si ad iudicem uenerit accusator. et falsi crimen intenderit iudex tribuat accusatori spatium utrum criminaliter agere. an ciuiliter uellet. Quis ire uersi ad iudico.

id ut deliberet.

in obiecto falsitatis crimine perseuer& in potestate
iudicis erit utrum inscriptione celebrare uell& — crimen.
a obiectum sine inscriptione discutere. Quod cum
iudex de obiectione falsitatis audierit seu inscripti
one habita seu omissa aut in accusatum si falsitas ad
probatur. aut in accusatorem si falso obiecerit profe
ratur ex lege sententia. 5

XVI. UICTU CIUILITER AGERE ET CRIMINALITER POSSE.

Imppp. Valens. gratianus. et ualentinianus. aaa.
ad antonium. ppo. Dat. pridie idus ianuar. treueris. ua
lente. vi. et ualentiniano II. aa. cons.

INT. Sunt causae permixtae ciuiles pariter et cri
minales, et possunt haec causae ita diuidi ut prius ciui
les deinde criminalis agatur. Si uoluerit accusator.
ita ut si quis de re sua fuerit uiolenter expulsus et rem
ablatam ciuili primitus malluerit actione repetere.
momentum sibi restitui petat. et si de causa proprieta
te is qui expulsus est ciuiliter fuerit superatus cri
minali postmodum actione seruata recepto primitus
momento potest postmodum inpetere uiolentum.
De testamentum etiam si quis conmendatum a testa
tore testamentum in fraudem he redes
fortasse subpresserit et heres scrip tus in
iuditio restitui petat testamentum per iudicem mo
menti beneficio restituto potest postmodum de sub

presso testamento criminalem proponere actionem; & reliquis similibus causis similis actio tribuatur.

XVII. DE FALSA MONETA.

Imp. Constantinus A. Leontio PPO.

Dat. XV kl. mar. Antiochiae Placido & Romulo cons.

Int. Praemium accipiat quicumque adulterum monetarium prodiderit; & is qui proditus est, si de monetae adulteratione conuictus fuerit, ignibus concremetur.

XVIII. SI QUIS SOLIDI CIRCULUM EXTERIOREM INCIDERIT UEL ADULTERATUM IN UINDENDO SUBIECERIT.

Imp. Constantinus A. Leontio PPO.

Dat. VII kl. aug. Gallicano & Basso cons.

Int. Si quis solidum circulum aut adulterum supprae sserit aut falsam monetam fecerit capite puniatur.

XVIIII. DE RAPTU UIRGINUM UEL UIDUARUM.

Imp. Constantinus A. ad populum.

Dat. kl. ap. aqs. Constantino A. VI. & Constantio cons.

Int. Si cum parentibus puellae nihil quisquam ante dif finiat ut eam suo debeat coniugio socia re. & eam uel inuitam rapuerit uel uolentem. si raptori puella consentiat pariter puniantur. Si qui uero ex amicis uel familia

Casus ubi raptor et puella puniantur si illa raptori consensum praebuerit

aut fortasse nutricis puellae consilium raptus de
derint aut oportunitate p(rae)buerint rapiendi lique
factum plumbum in faucibus et ore suscipiant. Ut me
rito illa pars corporis concludatur, de qua hortamen
ta sceleris ministrata noscuntur. Illa uero quae ra
pitur inuita quae non uocibus suis de rapto reclamaue
rit ut uicinorum uel parentum solatio adiuta libera
ri possit, parentum suorum ei successio denegetur. rap
tori conuicto appellari non liceat. sed statim inter ipsa
discussionis initia a iudice puniatur. Quod si fortas
se raptor cum puella e parentibus paciscatur, et
raptus ultio parentum silentio fuerit p(rae)termissa, si ser
uus ista detulerit latinam percipiat libertatem. si latinus
fuerit ciues fiat romanus. parentes uero qui raptori in
ea parte consenserint exilio deputentur. Qui uero
raptori solatia praebuerint siue uiri siue feminae sint.
ignibus concrementur.

Dat. VIII kl. decb. gratiano A. III et eqtio cons.

INT. Si accusationem raptus uel per metum uel per
uoluntatem per quinquennium quisque distulerit.
a die raptus expleto quinquennio accusandi ultra non
habeat potestatem. sed post quinquennium nec de tali
coniunctione raptoribus aliquid obponatur. Et filii
omnes legitimi habeantur.

XX. DE RAPTU UEL MATRIMONIO SCIMONI

Aliu̅ uirgin̅u̅ uel uiduaru̅

Imp̅. Constantinus. A̅. ad orfitu̅.
Dat. XI K. septb. constantino A̅. VII. et constante. cons.

Int. Quicumq: uel sacratam d̅o̅ uirginem uel uiduam fortasse rapuerit si postea eis de coniunctio ne conuenerit pariter puniantur.

Imp. Iouianus. A̅. ad secun̅du̅. p̅p̅o̅.
Dat. X K. septb. antonino et siagrio. cons.

Int. Si quis non dicam rapere sed uel adtemptare haec lex e̅ matrimonio iungendi causa sacratas uirgines uel inuitas ausus fuerit capitali sententia positionem non feriatur. Dat. XI K. mart. antiochiae iouiano A̅. et uaromano. c̅.

XXI. Ad lege̅ iuliā rep̅ et undaru̅.

Imppp. gratian̅ ualentinian̅ et th̅. A̅A̅A̅. ad flauianum. p̅p̅o̅. p̅ alia.
Dat. IIII K. mart. merob et saturnino. cons.

5 Int. Omnes iudices sciant quia quicquid male rapuerint. si ipsi non reddiderint. a suis heredibus esse soluendum.

XXII. De his qui latrones uel in alus criminib: reos occultauerunt.

Imppp. Gratian̅ ualentinian̅ et th̅. A̅A̅A̅. ad flauianu̅ p̅p̅o̅ p̅ alia.
Dat. IIII K. mar. merob et saturnino. cons.

Int. Si quis sciens in domo sua latronem susceperit aut occultauerit aut eu̅ eum iudici fortasse tradere neglexerit. si ingenua et uilior persona e̅. fustigetur.

Si uero melior dampnũ ad arbitrium iudicis feri
atur. Si uero actor uel procurator inscio domino
hoc fecerit ignibus concremetur.

XXIII. DE HIS QUI PLEBEM AUDENT CONTRA PUB
LICAM COLLEGERE DISCIPLINAM.

IMPPP. Gratianus ualentinianus et theodosius
AAA. florentio ppo agustali.

Dat XIII. kl iul constantino imp ricomere et clearco cons.

INT. Si quis populum ad seditionem concitaue 3
rit dampnis grauissimis subiacebit.

XXIIII. DE FAMOSIS LIBELLIS.

IMP. Constantin. A. ad ualerianum uc. afric ppiuk
apt. chartagine constantino A. V. et licinio C. cons.

INT. Qui famosam cartam ad cuiuscumque iniuriam
et maculam conscripserit in secreto et in publico ad
fixerit in uemendamque proiecerit illum contra
quem proposita est cartola non nocebit. Nec fa
ma eius aliquid derogauit. Sed si inuenire potu
erit qui huius modi cartolam fecit constringa
tur ut probet quae conscripsit. Quod si etiam quae
conscripsit probare non potuerit fustigetur
qui infamare malluit quam accusare.

Dat XIIII k feb constant pt honorio nob et euodio cons.

INT. Si quis cartolam famosam in cuiuscumque
iniuriam uel infamiam in publicum p[illegible] positam

uiderit & relegerit & non statim discripserit & cuicumque quae in ea legerit fortasse retulerit ipse uelut auctor huius criminis teneatur.

XXV. DE QUESTIONIB: IMPERATORU

IMPPP. Gratian. ualent. & theod. AAA. albutiono uc machedonuce.
Dat. VI. kal. april. trebir. gratiano & honorio cons.

INT. Diebus quadragesimi pro reuerentia religionis omnis criminalis actio conquiescat.

XXVI. UT INTRA ANNU CRIMINALIS ACTIO TERMINETUR.

IMPPP. Ualentin. archad. & theod. AAA. desiderio uc
Dat. ualentiniano iterum & archadio u. & bautone cons.

INT. Quicumq: inscriptione promissa cuiuscumq: criminis reum accusare uoluerit ab eo die quo inscripserit intra annum peragat propositas actiones. qui si distulerit infamis effectus bonorum suorum quartam partem mulctabitur.

Dat. XII. kal. febr. rau. honorio VIII & theod. III. AA. cons.

INT. Iudices qui inscriptione praemissa criminalia negotia audire coeperint. a die inscriptionis si inducias aut accusator aut reus petierit intra annum praestari debebunt ut haec actio intra anni circulum finiatur. Quod si accusator intra annum quae proposuit probare distulerit absoluto reo poenam suscipiat legis superiore

conpraehensa. Quod si talis persona sit ad cuius de formitatem infamia non pertineat. exilio deputabitur. Tamen si inter accusatorem et reum ita iudice praesente conuenerit. ut pro instructione utriusque partis anni integri induciae tribuantur. debet a iudice non negare. futurum ut pars quae post inducias fuerit superata districtiori sententia feriatur.

XXVII. DE ABOLITIONIBUS.

Abolitio est obiecti criminis.

Imp. Constantin. A. ad Iunucrianum pp.

Dat. VI. kl. decemb. Sirdic. Constantino A. V. et licinio. cons.

INT. Si quem poenituerit accusasse criminaliter. et inscriptione fecisse. de id quod probare non potuerat. si ei cum accusato innocente conuenerit inuicem se absoluant. si uero iudex eum qui accusatus est criminosum esse cognouerit. et inter reum et accusatorem pro correptionem de absolutione reatus conuenerit. is qui reus probatur remoto conludio poenam expiat legibus constitutam.

Dat. pr. id. oct. treueris nepotis et uicturiae. cons.

ista lex sine expositione scribenda est.

Impp. Archad. et honor. AA. ceciliano ppo.

INT. Abolitione inuito reo postquam fuerit officiu custodiae traditus intra dies XXX. accusatori

petenti dari permittimus; post hoc tempus nisi reus
consentiat censemus non esse tribuendam. Si vero in
genuos aliquos vel ut testes criminis petitus ab ac
cusatore deductus esse constiterit solam custodiae
iniuriam tolerasse qui testes dicantur. esse non
conscii eorum ab accusatoris sumptibus consulen
dum est. Quod si ingenuorum licet plebi orum
corpora fuerint laesa verberibus tormentisque ve
xata abolitione etiam duarum partium consensu
petitam: iubemus vigorem iuditium denegare et
crimen propositum cuius examen tormentis iam
coeperat agitari nec tamen a iudice dimitti. quam in
se reum probato crimine vindicetur. aut in accusa
tore per formam sententiae damnatio referatur.
et cetera.
Dat. VIII. k febr. ravenna honorio VIII. et theod. aa. cons.
IT. Si criminis accusator intra XXX. dies aboliti
onem petierit etiam invito reo a iudice concedatur.
et liberi et accusatus et accusator abscedant. post
XXX vero dies quam accusatus custodiae fuerit tradi
tus. nisi abolitionem et reus et accusator a iudice pe
tierint accusatori solo non esse praestandam quod
si testes exhibiti ad petitionem accusatoris fuerint.
et in custodiam missi si fuerint. et abolitio petita praesti
sumptus quos fecerunt taque fuerit. testes eis accusator exsolvat.

Nam si testes exhibiti ab accusatore poenae subia
cuerint etiam si consentiant partes abolitio ali
dicibus denegetur. sed aut in accusatum si con
uictus fuerit aut in accusatore si non conuice
rit legibus sententiam iudicis poenae quam pas
surus erat reus. accusator excipiat.

XXVIII. DE INDULGENTIIS CRIMINUM.

IMPPP. Gratian. ual. et th. AAA. ad neuterium ppo.
Dat. v. k. mar. medl. archadio A. I. et bautone cons.

INT. Sacrilegus. adulter. incestus. reus. raptor.
sepulchrorum uiolator. ueneficus. maleficus.
adulterator monetae. homicida. diebus paschae
nullatenus absoluantur. Reliqui omnes quos
minorum causarum culpa constringit diebus
uenerabilis paschae specialiter absoluantur.

XXVIIII. DE CALUMNIATORIBUS.

IMPPP. Gratian. ualentinianus et theod. AAA. hillibi
co com. et magistro utriusque militiae.
Dat. III id. mar. medl. honorio A. III. et euticiano cons.

INT. Calumniatores sunt quicumque causas ad se
non pertinentes. sine mandato alterius propo
suerint. Calumniatores sunt quicumque iusto
iudicio uicti causam iterare temptauerint. Ca
lumniatores sunt quicumque quod ad illos non per
tinet petunt. aut in iudicio opponunt. Calumniatores s.

qui sub nomine fisci facultates inpetunt alienas et innocentes quietos esse non permittunt. Calumniatores etiam sunt qui falsa deferentes contra cuius cuiuscumque innocentis personam principum animos ad iracundiam commouere praesumunt qui omnes infames effecti exilio in detruduntur

XXX. DE POENIS

Imp. Constantinus A. ad Catulinum.

Datum non. nouemb. acc. Treueris XV. kal. mai. ad Romam Tio uolusiano et Anniciano consulibus.

Int. Iudex criminosum discutiens non ante sententiam proferat capitalem quam uel reus ipse fateatur aut conuictus uel per innocentes testes uel per conscios criminis sui aut homicidium aut adulterium aut maleficium conmisisse manifestius conuincatur.

Dat. VIII. id. dec. Bremis Gratiano A. et de Galeuso cons.

Int. Siquando aliquem maiores personae aut alicuius dignitatis uiri uocantur in crimine. Iudex et reum dominis referat aut de huiusmodi personis quid fieri debeat dominorum praeceptionis ita constituat.

Dat. XV. kal. sept. Verona Antonio et Siagrio cons.

Int. Si princeps cuiuscumque graui accusatione conmotus quemquam occidi praeceperit non statim

a iudicibus quae ab irato principe iussa sunt co̅
plectentur. sed xxx diebus qui puniri iussus ē.
reseruetur. donec pietas dominoru̅ iustitia
amissa subueniat.

Dat·v·kl̅ aug constantpl theodoro uc cons.

INT. Poena illum tantum sequatur qui crimen
admisit. propinqui uero adfines uel amici sami
liares uel noti si conscii criminis non sunt non tene
antur obnoxii. Nemo de propinquitate crimi
nosi aut de amicitiis timeat. Nisi quis sce
lus admiserit.

XXXI NE SINE IUSSU PRINCIPIS CERTIS IU
DICIBUS LICEAT CONFISCARE

Imp theod. & ualentinianus caes adigeriu̅ ppo.

Dat x kl̅ feb cons pti dd th. x. & ualentiniano c. cons.

INT. Nullus iudicum priuatas facultates fisci nomi
ne proscribere aut occupare praesumant. sed ad
rerum dominos referat causam p quā hoc aliquis
mereatur & quod iussum fuerit obseruetur.

XXXII DE BONIS PROSCRIPTORU̅ SEU DAMNATORU̅.

Impp ualentinian & ualens aa. ad symmachu̅ ppo.

Dat v kl dec mediol diuo ioviano & uarroniano cons.

INT. Si quis pro crimine suo occidi uel damnari me
ruerit. crimen cum auctore deficiat. bona uero
eius ad filios uel ad heredes legitimos pertinebunt.

nisi forte maiestatis crimine damnatus sit aliquis quorum etiam filios de bonis damnati patris fieri iubemus alienos.

Dat. vi. id. april. constant. ppti merobaud. ii. et saturnino cons.

INT. Siquicumque damnatus pregnantem relinquit uxorem statim mulier de concepto suo iudices uel curiales contestur. ut cum pepererit in bonis damnati postumus hoc e. post mortem patris natus succedat.

Dat. iun. aq. constant. ppti archadio iii. et honorio iii. aa. cons.

INT. Quicumque damnari proscribique meruerit ab eius facultatibus bona uxoria sequestrentur. Ita ut et dotem qua marito uxor aut eius parentes obtulerant et donationem quam ante nuptias pro coniunctione perceperat uxor retenat sibique uindicet a bonis praescriptae facultatis alienae quia mariti crimine uxor non potest obligari.

Dat. xiiii k. feb. const. ppti uincentio et priuato cons.

INT. Bona e. qui proscribi meruerit a quocumque intra biennium non conpetantur. Si quis uero intra biennium proscripta bona petierit quod meruerit non ualebit. quia solet a misericordia nostra pietas commoueri et reddere quae merito commota ius sit auferri.

XXXIII. DE SENTENTIIS PASSIS ET RESTITUTIS ET LIBERIS EORUM.

Imp. constantinus a. ad maximum ppo
Dat. xvii kal. oct. sirmio crispo ii. & constantino ii. cons.
Int. Siquis pater in exilio missus filium suum in
in maiore aetate reliquerit. quaecumq: de
bonis propriis gessit filius iuxta sententiam pec
piani rata & firma permaneat. nec contra
aut testamentum. aut transactionem filii
reuersus pater uenire permittitur. sane cum
redierit pater si filium uiuum inuenerit filium
in iussum paterna potestate recipiat. ceterum
quod de rebus propriis absente patre filius gessit
reuersus pater reuocare non poterit. quicquid
uero filii in annis minoribus constituti fecerint.
parentis non ualebit. qui tamen si pro aetate uel
pro absentia patris aut tutores aut curatores
acceperint. Reuersus pater filios repulsis cura
toribus uel tutoribus cum omni facultate recipi
&. Ea tamen conditione. Ut rem filiorum ita
administret. ac regat ut non solum detrimen
ta non sentiant. sed studium patris res uel faculta
tes proficiant filiorum. quod si pater. aut pro
digus. aut neglegens. aut euersor. aut libidini
deditus. esse conuincitur. & filiorum res impie.

:id.

ac demente uastare ac delapidare cognoscitur. filii talis patris tamquam eo mortuo sub tutore aut curatore consistant. Quia sicut equum est. ut bonus & utilis pater rem filiorum regendam. administrandamq: recipiat. Ita iniquum est. ut in damnum filiorum reuersus facultates a tutoribus curatoribusue seruatas dementi subuersione dilaceret.

XXXIIII DE HIS QVI AD ECCLESIAM CONFVGIVNT.

Th & ualent inuict aa. antiocu pp.

Dat x kal. const. antiocho & basso cons.

INT Ecclesiae ac loca do dicata reis qui ibi de conpulsi timore confugerint ita uacent ut nullus locis scis ad direptionem reorum uim ac manibus afferre psumant. sed quicquid patuit in porticib: ut in atriis ut in domib: ut in areis ad ecclesiam adiacentib: ptin& uelut interiora templi pcipimus custodiri ut reos timoris necessitas non constringat circa altaria manere. & loca ueneratione digna polluere. sane si qui ad ecclesiam confugerint arma si qua secum portauerint mox deponant. nec se aestiment magis armorum psidio quam scorum locorum ueneratione defendi. quod si deponere arma noluerint & sacerdotis uel clericis non crediderint. sciant se armatorum uiribubus extrahendos. Si uero extrahere de locis scis quelib& reum quacumq: ratione temptauerit potuerit se capitale supplicio ee damnandum. EXPL. LIB. VIIII.

i. ad loca

8

71

INCPNT CAPITULA DE LIBRO · X

Ti Deiurefisci;
Tii Delocatione fundorū iuris enphiteutici reipublicae ·
Tiii Deactorib: et procuratoribus etconductoribus reipriuatae hoc·ē· quicausas adsenonpertinentes prosecuntur ·
Tiiii · Debonis uacantib: ·
Tv · Depetitionibus etultro datis etdelatoribus hoc·est siquiincrimen punit ·
Tvi Sipetitiones sotius sineherede defecerit hoc·ē· siunusexillis quiexmunere ·
Tvii · Deaduocato fisco ·
Tviii · Defiscidebitoris ·
Tviiii · Defide etiurae hastae ·
Tx · Dethesauro hoc·ē· quiinterra sua autinaliena · thesauro inuenerit ·
Txi · Demetallis etmetallarius · EXPLICIUNT CPL ·

INCIPIT LIBER DECIMUS

Ti · DEIURE FISCI ·

Imp · Constantinus ·A· adsenatum rationaelem africaepostalia · Datxv kl ianr romi inforo troiani constantino ·ā· u· eliano·ū·c·

INT Quicumq: agri atq: mancipiae quibuscumq; personis defiscinri iuredonantur apudeos quibus donatae sunt · sine suspitione aliqua uolumus permanere contra ordinatores domorum dominicarum poena proposita sicontra

praeceptionem facere cognoscantur.

II. DE LOCATIONE FUNDORUM IURIS ENPHITHEUTICI ET REI PUBLICAE ET PRIUATI.

Imppp. Ualentinianus ualens gratianus. aaa. ad probū ppo. Dat v k iun̄ treueris modesto et aristeo consulib;

INT Omnibus curialibus conducendorum reipublicae agrorum ac saltuum licentia denegatur; Illud specialiter obseruandum ut nullus curialis uel de extraneis ciuitatibus agros aut loca supra scripta sub qualibet condicione suscipiat; Ne sub hac occasione seruitia curiae debita non inpendant.

III DE ACTORIBUS PROCURATORIBUS ET CONDUCTORIBUS REI PRIUATAE

Imp Constantinus a. ad philippum uicar. urbis romae. Dat III non̄ mart̄ eracliae constantino a. III et licinio III consulibus.

N

INT Quicumq; ab actore dominico uel a procuratore fuerit alicuius iniuriae inprobitate uexatus de eorum calumniis uel de praedationibus ad principem conuolare debebit; quaeres si potuerit adprobari eos qui circa prouintiales talia facere uisi sunt placuit incendio concremari; Quia grauioram poenam principes constitui uoluerunt in eos qui sui iuris sunt et sua debent custodire mandata; Data k aug. mediolano ualentiniano et ualente consulibus

INT Iulianum principem bene ac salubriter statuisse certissimum ē. ut actoris domus dominicae. nullis necessitatibus turbarentur. aut fatigarentur iniuriis; Quas eis frequenter rectores prouintiarum per suggessiones principalium facere consueuissent; Cuius facti constitutionē intantum rationabilem necessarium iudicamus. ut firmam permanere iubeamus.

IIII DE BONIS UACANTIBUS

Impp Constantinus a ad seuerum ppo recitata III non a in pala
tio constantino a VII & constanti o caes consulibus

Int Non inquietentur hii quibus aliqua pro suo labore aliquo donaui
mus sed omnibus quae his donauimus in ipsorum iure positis; Et si qui eos
inquietare uoluerint a iudicii audientiam ptrahantur 7 sine aliqua
molestia possedentes ius suum pulsatus ualeat confirmari omnibus
quae de actore int priuatos acta fuerint ad nostram notitiam referen
dis ut & nostris inquietatus remediis adiuuetur.

V De petitionibus et ultro datis et de dilatoribus

Imp Constantinus a ad populum Dat & pp in foro diu traiani De delatorib;
K dec constantino a & licinio caes cons

Int Dilatores dicuntur qui aut facultates prodiderint alienas
aut caput inpetent alienum Quicumq; delator cuius libet rei ex
titerit in ipso proditionis initio a iudice loci correptus continuo
strangulet ur 7 & ei incisa radicitus lingua tollatur Ut is qui proditor
futurus e nec calumnia nec uxor illius audiatur
Dat K ap constantinopoli constantino & albino cons

Int Custodientes iustitiam nomen persequimur dilatorum Ita ut
cum agniti & conuicti fuerint dilatores gladio puniantur
Dat XVI K decemb thesalonicae gratiano a V & theodosiano a I cons De crimine

Int Quisquis in crimine maiestatis inuentus fuerit & punitur bona ei maiestatis
fiscus adquirat Ita ut nullus aliquid ex eius facultatibus sibi uelut munifi
centiae iure audeat postulare Et si aliquid contra legis crediderit pos
tulandum ne id quod petiit accipiat & uiolator legis habeatur si quid
tamen nullo petente arbitrio de talibus bonis cuiquam crederimus
donatio huiusmodi firma permaneat

VI Si petitionis socius sine herede defecerit

IMP. Constantinus a. ad migdonem castrensem palatii
Dat. XII k. apr. anthiociae constant. o. a. III & licino consulibus
INT. Si aliquis ex his mortuus fuerit ad quos nominatim munificentia nostra processit & nec testamentum fecisse nec filios reliquisse noscitur placet ut portionem eius his cum quo pariter defunctus accepit id est socius eius adquiret merito enim socius praefertur ubi nulla fili persona interuenisse cognoscitur.

VII. DE ADUOCATO FISCI

IMP. Constantinus a. aliano ppo. africae postalia.
Dat. VI id. noub. treueris constantino a. quarto & licino IIII. consul.
INT. Hii qui fisci nostri comoda uel utilitatem tuentur hanc debent custodire mensuram neglegentes circa ea quae nobis iure debentur exsistant & nec prouintialibus calumniatores dum aliquid ab his iniusta fisci nomine repetunt adprobentur.

VIII. DE FISCI DEBITORIBUS

IMPPP. Ualens gratianus & ualentinianus aaa. fortunatiano crp.
Dat. prid. non. iul. erapoli gratiano IIII. & merobaude consulibus
INT. Si prolati breues uel a quocumque dimissi inueniantur in quibus sibi quicumque alios suos faciat debitores nullis causationibus prolatis neque aliis euidentibus documentis nullam adscripti breues obtinent firmitatem.

VIIII. DE FIDE ET IURE HASTAE.

IMPPP. Ualentinianus theodosius & archadius aaa. ad magnillum u. c. africae.
Dat. XIII. k. iulii aquilino accep. id. ian. ad romam post consolatum simmaci.
INT. Quicumque publici debiti inormitate constringitur ut non possit hoc ipsum debitum nisi uindicta propria facultate dissoluere in eiusmodi debito hanc exsecutores uel exactores formam seruare debebunt ut non ita rem percipitent ut res minore quam ualet

& praetio distrahatur. nec talis sub quolibet conludio prouideantur emptores. ut & debitor ppri&atē pdat & parū fiscus adquirat. : ingenio

X. DE THESAURIS

IMPPP. Gratianus ualentinianus & theodosius aaa. ad populum constantinopoli

Dat. VI. K febr thesalonicae gratiano ā v. & theodosio I. a consulibus

INT. Siquicumq; thesaurū in sua terra inuenerit. ei ex integro quod inuentum ē adquiratur. & nullam calumniam pertimescat. si uero in loco alieno thesaurū casu inuenerit. eum qui loci dominus ē in quartarum rerum inuentorum deb& admittere. ad tamen nullus effodiendo loca aliena praesumat ista requirere.

XI. DE METALLIS ET METALLARIIS

IMPPP. Ualentinianus theodosius & archadius aaa.

Dat. XVII. K ap. constantinopoli theod. ā III. & abundantio conss.

INT. Quicumq; m&allū dicens sub alienis aedificiis quaelib& saxa uel marmora effodienda crediderit. ut p eos fundamentorū firmitas incipiat uacillare. huius inquisitionis huius licentiam denegamus, nedum nobiliores lapides se quaerere asserunt. uel cauindere. uel subtrahere aliena fundamenta praesumant. :S

EXPLICIT LIBER DECIMUS

INCIPIUNT CAPITULA DE LIBRO XI

I De annona & tributis
II Sine censu uel reliquis fundum conparare non posse.
III De super indicto.
IIII De exactionibus
V Ne damna prouincialibus infligantur
VI De extra ordinariis siue sordidis muneribus
VII De discussoribus.

xpi regnat
Theod

EXPLICIUNT CAPITULA DE LIBRO XI.

INCIPIT LIBER XI.

I. DE ANNONA ET TRIBUTIS.

IMPP. Ualentinianus & ualens aa. ad probum ppo.
Dat. XVII k. iun. remis gratiano & dagaleufo consul.

INT. Ista lex hoc praecepit ut in inferendo publicis horreis tritico q. debitor possessor pro rata canonis sui tribus inlationibus id ē quaternis mensibus singulas debitorum partes adceler&. ut per annū summa debiti canonis impleatur. Erit autem in ipsius arbitrio si celerius potuerit debita frumenta conuehere.
Dat. IIII id. iul. concionaci gratiano II. & probo consulibus

INT. Hii qui heredes testamento scripti sunt hereditariorum agrorum onus id ē tributum cogentur agnoscere. Quod si hereditatem sibi damnosam crediderint caedant his omnibus quae eis de hac ipsa hereditate poterant peruenire.

II. SINE CENSU UEL RELIQUIS FUNDUM CONPARARE NON POSSE.

IMP. Iulianus a. ad secundum ppo.
Dat. XIIII k. mar. anthiociae iuliano IIII. & salustio consulibus

INT. Fundum nullus audeat conparare sed omnes pro his agris qui ad eos quoquomodo peruenerint publici canonis impleant

functiones. nec de solutione tributi quicumq; liberum sit pacisci. sed siue donetur ager. siue uindatur. factus dominus. integra rei tributa suscipiat.

Dat. xv. k. octb constantinopoli tatiano et simmacho consulibus

INT. Quicumq; cuius libet rei dominium quolibet ordine adquisierit. continuo pro ea parte qua possessor effectus e. publicis libris nomen suum petat adscribi. ac se promittat tributum agri cuius possessor e. soluturum. ut remota deuictore id e. de priore domino in qui et udinem in praesentem dominum solutio deferatur.

III. DE SUPER INDICTO NOTA QUOD SUP

IMPPP. gratianus ualentinianus et theod. aaa. ad probo consulib;

Dat. xvii k. iun. mediol. antonio et siagrio consulibus

INT. haec lex hoc praecipit. ut nullum per rectores prouintiae sup indictum prouintialibus inponatur. nisi forte exactore processisse. praeceptio dominica conprobetur. Tunc enim id quod sup indictu e. aut petiti aut exigi poterit quando a rerum domino cognoscit constitutum

IIII. DE EXACTIONIBUS

IMP. Constantinus a. ad afros

Dat. xv. k. iun. sirdicae constantino et maximo consul.

INT. Quicumq; agrorum suorum tributa implere contemnent. agri eius qui a tributa sua contemnit exsoluere. ab actore uindantur et qui conparauerint. firmo iure hoc ordine conparata possedeat.

Dat. k. marc. rauenn. honorio viiii et theodosio v. aa. consulibus

INT. haec lex hoc praecepit. ut exactores ad exigendas tributarias functiones. idoneos ee mittendos. Ita ut si de his populi accusatio ulla processerit. id e. quaerella deposita fuerit. in eorum loco alii dirigantur. ut habita diligentiae sui inquisitioni. sui in dispendia prouintialium desup exactionis crimine conuinci potuerint et capitali

periculo subiaceant· & ex eorum facultatibus inquadruplum quae sunt super exacta reddantur ludices uero prouintiarum triginta libras auri se poenam nouerint feriendos· si haec quae statuta sunt implere neclexerint

V NE DAMNA PUINTIALIBUS INFLICANTUR

IMPP· Ualentinianus & ualens AA· ad probum illirici
Dat· prid· K· octb· agripini sualentiniano ualente A· consulibus
INT· Si quicumq; ex his qui prouintiarum rectoribus coniunguntur· aut militant· uel qui agunt indiuersis officiis principatum· Uel quicumq; occasione publici actus uidentur ee· terribilis· si rusticano alicui necessitatem seruitii uelut sui iure mancipio inposuerit· aut seruum ipsius· siue bouem in sui operis utilitate transtulerit· siue xenia aut qualibet munera crediderit exigenda· uel sibi oblata non recusauerit· ultimo exilio deputetur & rerum suarum amissione priuabitur·

VI DE EXTRAORDINARIIS SIUE SORDIDIS MUNERIBUS

IMPP· Ualentinianus & ualens AA· secundo ppo·
Dat· XV· K apl constantinopoli ualentiniano & ualente consulibus
INT· haec lex hoc praecepit nihil debere á prouintialibus indictis titulis p&i· nisi ea tantum quae earum dominis iniuncta constiterit· & hoc iubetur ut quicumq; aliquid super exigendum quadrupli redebitione conponat· sed & ad ordinarios iudices hanc exquaesitionem iubet excurrere· ut etiam si quid in puintis eorū a quibuscūq; psonis aut curialibus factū ē· & iū eos similis damni poena castiget·

:crediderit

VII DE DISCUSSORIBUS

IMPP· Archadius & honorius AA· missale ppo·
Dat· V· K decb mediol· filicone & turiliagso u· c· consulibus

INT Lex ista hoc iubet in hoc maximam praedam exactorum depro
uintialibus exercere ut post emissas securitates iterum polipticos
et securitates incipiant postulare quam ab his non pro publica utilitate
fieri sed ut securitates inuentae non fuerint maior his praeda nas
catur. Ideoque statuit ut si securitates rationibus publicis uel in po
lipticis exactorum continentur iterum per cupiditatis nequitia non repetantur.

VIII DE APPELLATIONIBUS ET POENIS EA
RUM CONSULTATIONIBUS

De appellationibus.

IMP Constantinus A. ad Catulinum post alia
Dat. III non. nouemb. Treueris A A XV K mai ad Romito uolusi
ano et Anniano consulibus

INT Lex ista hoc praecepit non debere appellantem aut carceris cus
todia aut cuiuslibet iniuriae adflictione constringi. Exceptis tamen
criminalibus causis in quibus similis accusantem et accusatum condi
tio poene custodieque constringit. Et eorum appellationes dicit debe
re recipi sed ita ut qui appellauerit in custodia teneatur quousque
ad alium iudicem crimina obiecta perueniant ut discussis ad integrum
omnibus aut de absolutione aut de damnatione accipiat sententiam in statuam.

INT Lex ista hoc iubet non debere iudices prouintiarum adsertionis ap
pellantium ad suam iniuriam reuocare quia hoc nec nouum nec alienum
a iudicns esse cognoscitur. Et ideo hoc iubet ut liceat litigatori uitiatam
causam appellationis remedio subleuare hoc etiam specialiter praeceperunt
ut appellatur nec in carcerem nec in quacumque custodia redigatur
sed ad agendum negotium suum lib obseruet. PP V id. iun. post
Constantinopoli Constantini iterum et Constantio

INT Lex ista hoc praecepit ita ut etiam in criminalibus causis ubi uita
utriusque partis in dubium deuocatur liceat appellari nec appellan
di uox denegetur ei quem in supplicio sententia distinatur.

VIIII DE REPARATIONIBUS APPELLATIONUM

Impp. Ualentinianus & ualens aa. ad modestu ppo.
Dat. vi id. decb. constantinopoli ualentiniano IIII & ualente IIII cons.
INT. Lex ista hoc praecepit: ut si quis uid&ur iniustae in causa sua uictus reparatis ante tertium mensem temporibus quae appellationi uidentur fuisse concessa, statim hoc ipsum in aduersarii sui notitiam deducere procurent & intra tempora quae appellationi constituta sunt: de hoc ipso negotio is qui appellauit ut sibi credit conpl&ere agere n̄ mor&ur. quod si facere neglexerit sententia quae aduersus eum lata fuerit perseuer&, et data executione in omnibus adhuc compleatur

X SI PENDENTE APPELLATIONE MORS INTERUENERIT

Imp. Constantinus a. ad bassum ppo. post alia
Dat. XIII k. iun. sirmio crispo II & constantino aa. consulibus
INT. Si unpendente adhuc appellatione mors interuenerit litigatoris appellantis heredibus eius qui appellauit quattuor menses eius cuius auctor mortuus ē ad tractandum negotium debere praestari. nec eum debere ad dicendam causam p̄cipitari. nec ignorantiā litis quā non ad integrum tractauit damnum uideatur incurrere.

XI QUORUM APPELLATIONES NON RECIPIANTUR

Imp. Constantinus a. ad catulinum
Dat. IIII non. nouemb. treuer. acc. XV k. mai. a roma uolusiano & anniano consulibus; In ciuilibus causis uel leuioribus criminibus quae legibus non tenentur inserti appellationi constituta legibus dilatio praestanda ē & suspendenda ē p appellatio nem sententia iudicantis. Ad uero homicidis adulteris uel reliquis quos lex ista conp̄hendit si conuicti confessiq; fuerint & appellare uoluerint dilatio deneg&ur. sed statim in manifestis criminibus conuictus iudicis ē sententia praeferenda. aut certe de magnis crimini

bus & maioribus personis ad principis ē notitiam deferendum.

Dat. VIII id mart. antioc. rufino & eusebio consulibus

INT Inmanifestis fiscalibus debitis nulli paenitus appellationem debere praestari quia non oportet publicare rei commodum qualibet dilatione suspendi

Dat. VIII id iul. ualentiniano nuper uictore consulibus

INT Chronopium epm̄ a multis episcopis fuisse damnatum & studiis se eum ante iudicium sententia quia iustae prolata fuerat appellatione suspendere. Ex qua sententia quia iusta prolata fuerat appellare minime debuisse. In qua eum grauimulta id ē quinquaginta libras argenti addictum fuisse dicit. Quae tamen summa ipsius multae non fisco prodesse iussa ē sed pauperibus erogari.

ppō xv k mart. gratiano a. III & equitii cons.

INT Omnis qui huiusmodi negotia discutiunt hoc specialiter obseruare debere ut manifesti debitores appellationis suffragio non utantur. Nec euidens debitum ulla possint appellationis dilatione suspendere.

Dat. non. apl. treueris ausonio & olibrio cons.

INT Haec lex specialiter ut si quis a quocumque conditum testamentum appellationem deferre uoluerit ut non debeat reserari & scriptum heredem ad eunda hereditate suspendere & in hac parte iudex appellatori uoluerit praebere consensum ut quo minus scriptam uoluntatem non consequatur effectus tam ipse iudex quam is qui appellauerit uiginti libras auri fisco cogatur exsoluere.

XII SI DE MOMENTO FUERIT APPELLATUS

Imppp Ualentinianus theodosius & archadius aaa ad cusignium ppō

Dat. XIIII k dec. mediol. honorio nb & euodio consulibus

INT. Si de momento fuerit appellatum momentariae causae audientiam proprietate ob ee paenitus non debere quamlibet de momento uideatur aliquid iudicatum quod in effectum sit appellatione suspendi iubet tamen restituto momento causam proprietatis in integrum debere cognosci.

XIII DE POSSESSIONE AB EO QUIBUS PROVOCAVERIT TRANSFERENDAM

IMPPP Ualentinianus theodosius et archadius aaa. proculo ppo.
Dat. xv k. iul. aquileia tatiano et symmacho consulibus

INT. Siquicumque in una causa duobus iudicius fuerit superatus et adhuc eandem agendi pertinatiam uoluerit retinere et iterum appellandum ee putauerit in aduersarium eius continuo possessio transferatur.

XIIII DE FIDE TESTIUM ET INSTRUMENTORUM

IMP. Constantinus a. ad seuerum comitem hispaniarum
Dat. IIII non. mai. constantinopoli dalmatio et zenophilo consulibus

De multiplici scriptura

INT. Siquis multiplici scriptura contractum suum munere cupiens de una re uinditionem et donationem proferat uel quaecumque alia documenta omnia rescindantur quia inpugnantes cartolas lex haec uetat admitti.
Dat. VIII k. decemb. nassio optato et paulino consulibus

INT. Testes prius quam de causa interrogentur sacramento debere constringi ut iurent se nihil falsi ee dicturos.
Hoc etiam dicit ut honestioribus magis quam uilioribus testibus fides potius admittatur. Unius autem testimonium qualibet splendida et idonea uideatur ee persona nullatenus audiendum.
Dat. prid. id. non. treuer. ualente vi et ualentiniano II aa consulibus

INT. Quicumque scripturam in audientiam protulerit ueritatem eius

probare uideatur. Quia hoc in omnibus causis statutum est ut scriptu
ram prolator adfirmet. Nam si is qui scripturam protulit eius
non adstruxerit ueritatem ut falsitatis reum esse retinendum
Dat. XVI k. ianr. ricomere et clearco consulibus +

INT Quotiens quolibet accusator aliquid de aduersario suo eo absen
te suggesserit. et ante discussionem utriusque partis paenitus non credatur.
Dat. k. aug. archadio bautone consulibus

INT Presbyteri citra iniuriam quaestionis. id est sine supplicio corpo
rali posse testimonium dicere. Alii uero clerici qui eorum or
dinem subsecuntur si ad testimonium dicendum adhibiti fuerint
sicut legis praecipiunt audiantur. Ita ut salua sit contra praes
biteros falsi actio si in aliquo docebuntur fuisse mentiti. Quia
& falces putatoriae. frumentū quoq; ad sementem repo
situ. IST INT NON IN DG

Fructū cogendorum causa conparata. strumento cedunt
uelut corbes aluei falces messoriae & fenariae. Itē molae
oliuariae conseruandarū fructuū causa conparata. stru
mento cedunt. uelut dulea cupae uehicula rustica. Ciba
ria pistoris asini focariae. Itē ancillae quae uestimenta
rusticis faciunt. sutrix quoq; & sutor continebunt. IST INT

Uxores eorū qui operantur. magis ē ut strumento cedant.
pecora quoque & pastores eorū stercorandi causa parata
instrumento continent. Ea autē quae custodiae magis causa
quod ad usus patris familiae eo dilata sunt strumenti nomine
ñ continentur. Uxores uero eorū qui mercedes praestare
consueuerunt. neque instructionis neq; instrumenti appel
latione continentur. Piscatores uel uenationes
:x: instrumentū. ita demū instrumento fundi continentur.
si ex his maxime fundi reditus cogatur. IST INT Ñ IN DG
fructus accepti instrumenta fundi ita demū cedunt si ibi demū ad sumi a testatore con
suouerunt. Fundo cū omni instrumento rustico & urbano & mancipiis quibus ibi s. legato

seminaque quoque & labaria adhibebuntur. IST INF N IN OG
Fundo cum omni instrumento rustico & urbano & manci
piis quae ibi sunt legato tam suppellex quam aeramentum
itemq; argentum & uestes quae ibi pater familias instruendi
gratia habere solet debebuntur. item ea mancipia quae hic
usu patris familias esse solent itemq; aes & pecora quae ins
truendarum aepularum gratia earum gratia in fundo con
parata sunt exceptis his quae ibi custodiae causa
deposita sunt. IST INF N IN OG.
Fundo legato ita ut optimus maximusq; esset retia apra
ria & cetera euenationes instrumenta continebuntur
quae etiam ad instrumentum pertinent. si quaestus fun
di & maxima parte in uenationibus consistat. IST INF N IN D.
Fructus qui solo coherebant mortis testatoris tempore
ad legatarium pertinent. ante percepti ad heredem.
IST INF N IN OG. Fundo legato cum mancipiis
& pecoribus & omni instrumento rustico & urbano pe
culium actoris ante testatorem defuncti si ex eodem fun do
fuerit magis placet ad legatarium pertinere. IST INF N IN OG
Actor uel colonus ex alio fundo constitutus. qui cum omni instru in eodem
mento legatus erat. ad ligatarium non pertinet. nisi eum ad ius ei
fundi uoluerit testator pertinere. IST INF N IN OG.
Adiunctiones quas fundo ligato testator ex diuersis emp ent
tionibus adplicauerat ligatario cedere placuit.
Instructo praedio legato fabri ferrarii item tignarii pu
tatores & qui instruendi fundi gratia ibidem mora
bantur legato cedunt. IST INF N IN OG.
Instructo fundo legato libri quoq; & bibliotecae quae
in eodem fundo sunt legato continentur. IST INF N IN OG.

Seruo studendi gratia ex eodem fundo sunt qui cum
mancipiis fuerat legatus alio translatus ad legata
riũ placuit pertinere.
INT. Si aliquis agrũ cũ mancipiis per legatũ reliquerit
quaecũq; ex inde discendi artificii causa alibi transla
tus fuerit inter alia ex eius fundi mancipia ad legatariũ
pertinebit. Fundo itaut possederat legato mancipia
tam urbana quã rustica. Iteq; argentũ & uestes quae eodẽ
tempore in fundum conp̄hendun tur ad legatarium ꝑtinent.
Pascuaria quae postea conparata ad fundum legatum tes
tator adiunxerat si eius appellatione contineantur ad lega
tariũ pertinent. IST INT N IN DG.
Quicquid in eadem modo quã instructa legauit pater
familias perpetuum se instruendi gratiã habuit lega ta
rio cedet. Instructa legis domo legato continentur. quibus do
mus munitiorum uel tuta ab incendio praestatur. Tegolae
specularia & uela ligato continebuntur. Itẽ aeramenta
lecti culcitae. puluini. subsellia cathedrae. mensae. armari
a. delficae peluis concae aquaemanilia candelabra lucer
nae. & similia. quaecũq; materia expressa hic de domo
conuersationis non de uilla dicit. IST INT N IN DG
Domu legato balneũ eius quod publicae p̄betur nisi alias
sepuretur legato cedunt. Domu cũ omni iure suo sicut
instructa ẽ. legata urbana familia. Item artifices &
uestiarii & aerarii & aquarii & idem damui serui
entes legato caedunt. Omnibus quae in domo sunt lega
tis cautiones debitorum rationesq; seruorum legato
cedunt. IST INT N IN DIGET.

Mobilibus legatis aurum uel argentum non debetur.
nisi de his quoq; manifeste sensisse testatorem possit osten
di. IST IN̄ N̄ IN OḠ. Instrumento cauponi ob legato n̄ cedunt.
~~ea debentur~~. Quae in cauponis usui parata sunt uel caupo
nis tabernarii dicuntur. ut uasa in quibus uinū defundit.
escaria quoq; et pocula uasa debentur. sane ministeria ha
rū rerū legato non cedunt. IST IN̄ N̄ IN OḠ.
Instrumento medici legato colliria et implastra et appa
ratus omnis conficiendorum medicamentorum. itemq; fer
ramenta legato cedunt. IST IN̄ N̄ IN OḠ.
Instrumento pictoris legato colores, penicilli, cauteria
et tēperandorū colorū uasa debebunt. IST IN̄ N̄ IN OḠ.
Pistoris instrumento legato cribra asini molae et
serui qui pistrinum exercent. Item magidae quib; farinae
subiguntur legato cedunt. IST IN̄ N̄ IN OḠ.
Instrumento balneatorio legato balneator ipse et
scāna et hepodia fistolae miliaria et pthoni et rotae.
aquaria iumenta quoq; quibus ligna deferuntur
legato cedunt. IST IN̄ N̄ IN OḠ.
Instrumento piscatoris legato et retia et nasse et fus
cinae et nauiculae et hami quoq; et cetera huius modi
usibus distinata debent legato cedunt. IST IN̄ N̄ IN OḠ.
Superlectiles legata capsae armaria n̄ solū a libro
rū aut uestis ponendae gratia parate sint debebunt.
sed et bissina et cristallina et argentea et uitrea uasa tam
escaria quā pocula et uestes stratoria legato cedunt.
IST IN̄ N̄ IN OḠ. Villis uel agris separatim legatis
alterum alteri cedent.

IT. Siquis per testamentum cuicumque legatum titulo agrum reliquerit et uillam reliquis se uidentur; siue rouillam reliquerit et agrum reliquis se cognoscit seruis do. lego legatis ancillae quoque debebuntur. Non idem serui legatis ancillis sed ancillarum appellatione tam uirgines quam seruorum pueri continentur. is. salic et excep tis quae fiduciae data sunt.

IT. Seruis legatis titulo dimissis tam pueri quam ancillae debentur. Quia masculorum appellatione et iam feminae continentur. Ancillis uero legatis serui non continentur. ancillarum autem appellatione tam uirgines quam puberes uel inpuberes accipiendae sunt exceptis quae testator loco pignoris posuit. Seruis ad manuensibus legatis omnes qui ex conuersatione urbana et in ministerio fuerant debebuntur. nisi ex his aliquem pe tio ad opus rusticum transferat. IST INT N INOC.

Uenatores serui uel aucupes an inter urbana ministeria contineantur. dubium remansit et ideo uoluntatis est quaestio tamen si instruendarum cotidianarum epularum gratia haberi debent. IST INT N INOC.

Muliones et institutores inter urbana ministeria continentur. Item obsenatores et uestiarii et cancellarii et cubicularii et artarii et coqui placontarii tunsores et pistores lecticarii. IST INT N INOC

Pecoribus legatis. quadrupes omnes continentur quae gregatim pascuntur. IST INT N INOC

Iumentis legatis. boues non continentur. Equis uero legatis. equas quoque placuit contineri. Ouibus autem

legatis agni non continentur nisi annuales sint. Grege autem
legato arietes et hirci non continentur. IST INT N INDG.
Avibus legatis anseres. fasiani. gallinae et auiaria
debebuntur an autem fasianarii aut pastores anserum
uoluntatis est quaestio. Dulcibus legatis sapa defreto
mulso dulce et similia uino palmae. cartae. uua passe ui debuntur.
sed in hoc quoque uoluntatis est quaestio quia et inspe pomo
rum conprehendi possunt. IST INT N INDG.
Frugibus tam legumina quam ordeum et triticum conti
nentur. Veste legata cedunt quae ex lana et li
no textae sunt item sirica et bumbucena quae tam induen
di uel operiendi cingendi sternendi iniciendique causa pa
ratae sunt. Pelles quoque indactori et continebuntur.
IST INT NON INDIGET.
Veste uirili legata. ea tantum modo debentur quae ad u
sum uirilem saluo pudore uirilitatis adtinet. scutegula quoque
huic legato cedunt. IST INT N INDG.
Muliebri ueste legata omnia quae ad usum muliebrem
expectant debebuntur. Lana legata siue suceda siue lota
sit. siue pectinata siue uersicoloria legato cedit. IST INT N.
Purpura uero aut stamen subtamenue hoc nomine
non continetur. IST INT N INDG.
Mundo muliebri legato cedunt per quae mulier
mundior lautiorque efficitur uelut speculum con cae saeculis.
Item buxides ungento et uasa in quibus ea sunt. Item sella bal
nearis et cetera huiusmodi. IST INT N INDG.
Ornamenta legatis cedunt per quae ornatior muli
er efficitur uelut anuli catenae reticoli et cetera quibus.

collo uel capitae uel manibus mulieres ornentur. IST INT.
Argento ligato massae tantummodo debebuntur. Uasa enim
quae proprio nomine separantur. ligato non cedunt.
quia nec lana ligata uestimenta debent. Uasis argen
teis ligatis ea omnia continentur qua capacitate ali
cuius praeparata sunt & ideo tam potoria quam escaria item
ministeria omnia debebuntur uelut orcioli lances pa
tenae piperetaria codearia coquentem quoque trublae cali
ces scyphi & his similia. IST INT N IN DG.
Libris ligatis tam carthae uolumina uel membranae
& filli datae continentur. Codices quoq; debentur libro
rum enim appellatione non uolumina chartarum sed
scripturae modus qui certo fine concludatur existimatur. IST IN.
Auro ligato gemmae quoq; inclusae itemq; margaritae
zmaragdi ligato cedunt. sed magis est uoluntatis esse quaes
tionem in factum enim aurum debebitur. factum enim ornamen
torum generae continetur. IST INT N IN DG. IN IN
FERIORE PARTE UTILIUS PER SE ET
EUIDENTER EXPOSITA EST.
Uasis argenteis ligatis inblemata quoq; ex auro
infixa ligato cedunt. Argento potori ligato omnia quae
ad poculorum speciem comparata sunt debebuntur. Uelut
paterae calices scaphi orcioli aenoferarum & concae. IST INT IN IND
Carruca cum iunctura ligata. mulae quoq; ligatae non &
mulio uidetur propter cotidianam loquendo consue
tudinem iunctura. INT Si carruca cum iunctura per
ligatum dimissa fuerit. Carpentum cum iunctura & mulae
debentur. Mulio autem non debetur. Prolatis codicellis

uel alio testamento quibus ademptum ·ē· legato. uel cete
resas sum perperam solutas repetuntur·

INT· Siquis facto testamento inquo aliquibus legata reliquaerit et aliud postmodum fecerit testamentum et illa ligata quae priori testamento dederat abstulerit uel codicellis fortas se remouerit si illud prius testamentum post mortem testatoris prolatum fuerit et ligata heres scriptus soluerit quae in priori testamto uel codicello remota sunt his qui ex priori testamto legatum consecutus ·ē· reddere iubetur· quod sequentib; scripturis ostenditur fuisse sublatū·

VIIII· DE MORTIS CAUSA DONATIONE·

Mortis causa donat qui ad bellum proficiscitur et qui nauigat· ea scilicet conditione ut si reuersus fuerit· sibi restituatur· si perierit· penes eū remaneat cui donauit· IST· INT· N· IN DG·

Donatio mortis causa cessat et ualitudine et secuta sanitate penitentia etiā reuocatur· Morte enim tantū modo conualescet: IST· INT· N· IN DG·

X· AD LEGEM FALCIDIAM·

Ex aut a legatis aut fideicommissis uel mortis causa donationibus hereditate et auxilio falcidiae instituitus heres quadrantem retinere potest·

INT· Si quis faciat testamentum et heredem instituat· et omnem hereditatem suā legatariis aut fideicommissariis uel mortis causa donationibus conuales cat· Ualet quidem testamentum· sed heres scriptus quartam sibi ex omnibus retinet testatoris quotiens demodo

quarter & inen dae queratur propter periculū plus
p&endi officio iudicis omnibus aestimatis quasi facien
da ē. quae apud heredem remaneat aut certe ex
igenda cautio a legatario ut quod plus do drante
pceperit restituat. IST INT N IN DG.

Ea quae mater uiua filio donauit in quartam
non inputantur.

INT. Ea quae mater superstes filio per legitimam
scripturā donauit in falcidiā eius post mortē
matris a germanis eius non potest inputari sed in par
tem sibi debitā salua donatione succedit. Ex mora praes
tandorū fidei conmissorum uel ligatorum fructus
& usurae pe&i possunt mora autem fieri uid&ur cū
postolanti non datur. IST INT N IN DG.

EXPLT IULI PAULI SENTR AD FILIU LIBER III.

INCPNT CAPITULA DE LIBRO IIII.

I De fidei com missis.
II De senatus consulto trebelliano.
III De senatus consulto pegasiano.
IIII De repudianda hereditate.
V De inofficiosi quaerela.
VI De uicensima hoc ē qualib& testamtū ipse sibi his qs signauer
VII De lege cornilia
VIII De intestectorum successione
VIIII Ad senatus consulto testuliano
X. De gradibus
XI De manumissionibus.

I. DE FIDEICOMMISSIS.

Ab uxore cui uir dotem p(re)legauit fideicommissum relinqui non potest. quia non ex lucratiua causa testamento aliquid capit se proprium recipere ui detur.

INT. Uxori cum maritus testamento suo dotem quam ab ea accepit legati titulo derelinquid. ex ea fidei commissum si hoc testator iubeat dare non cogitur. quia non de mariti bonis aliquid consequitur. sed quod dederat recipis seu de a postumo heredi instituti fidei commissum dari potest. IT INT NON INDIG.

Ab imperatore herede instituto legatum et fidei commissum peti potest. A surdo uel muto siue legatum acceperit. siue heres institutus sit uel ab intestato successerit fideicommissum relinquere.

INT. Si a quocumq; per testamentum surdus aut mutus herede fuerint instituti aut p(er) legitimum aut fortasse successerint. si quid aut per testamentum aut p(er) legitimum numerum fideicommissi nomine ut dare debeant fuerint deligati id dare omnimodis conpelluntur. Qui fideicommissum relinquit. etiam cum oleo qui potest cui relinqui uelut peto. ga(...) sei contentus sis illa re. aut uolo tibi illud praestari.



INT. Qui fidei commissum cuicumque dimittit. potest
his uerbis ad eum cui reliquerit loqui uolo tibi de rebus
meis illud eē. donatū aut spero atte ut illa redigneris eē.
contentus quo dtamen deb& aut testamenti seriae aut tes
tium professione constare.

INT. Fidei committere his uerbis possumus. Rogo.
p&o. uolo. mando. dep cor. cupio. iniungo. desidero
quoque. & inp&ro. uerba utale faciunt fideicommissū.
Relinquo uero & conmando Nullam fidei commissi
pariunt actione.

INT. Si quando fidei commissum relinquatur. p ac
tis uerbis relinqui potest. ut rog& quis iniun
gat. petat. sper&. ut id quod fidei suae commissum ē.
ad eum quem testator uoluit. sicut iniunxit ita faciat
peruenire. Nam si dicat quis dimitto hoc illi uel com
mendo. qui a uerba dissecta sunt fidei commissi locum
habere non possunt. Tam nrās. res. quam alienas per
fideicommissum relinquere possumus. sed nostrae sta
tim. alienae autē aestimatae aut redemptae pstant.

INT. Per fidei commissum unusquisq; potest tam
proprias res quam alienas dimittere.
sed si suas dimiserit ipsae quae relictae sunt dantur.
si uero alienas aut aestimationem dimissae rei dare
aut ipsas redimere heres cū fidei cōmissū ē. iure con
pellitur. Si alienā rem tamquam suam testator
p fidei commissum reliquerit n relicturus si alienā
sciss& ut solet legatum ita inutile erit fideicommissū.

INT. Si quis p fidei cōmissū ita rem alienā ideo reliquerit.

nonrelicturus quia sua ee. credebat non utq; dimissurus si scis set alienam sicut et in legatis da nationis constitutu e. non potest propter hoc heres cui fidei commissu e. teneri. Testator superueniens si ea de re qua reliquerit uindiderit extinguit fidei commissum. IST IN Ñ IN OG.

Codicellis qui testamento confirmati non sunt ad scriptum fideicommissum iure debetur.

INT. Per codicellos fideicommissum relictum iure debetur. etiam si codicelli testamento non fuerint confirmati. Filio quibuscumque uerbis a patre fideicommissum relictum iure debetur sufficit enim inter coniunctas personas quibuscumq; uerbis ut in donatione uoluntas expraessa et ideo etia pridia quam moriretur recte relictum uidetur.

IST IN Ñ IN OG. In tempus emancipationis ut cum sui iuris erit fideicommissum relictu quocumq; modo patria potestate liberato debet.

INT. Si ita fideicommissum filio familias relinquatur ut cu emancipatus a patre fuerit uel cu sui iuris factus fuerit fideicommissum relictum quocumque modo patria potestate fuerit liberatus id quod relictum e. ei iure debetur.

Rogatus inuicem sibi si sine liberis decesserint hereditate restituere altero decedente. sine liberis hereditas ad eum peruenit qui superuixit. Nec ex eo pacisci contra uoluntatem testatoris possunt.

INT. Si aliquis ita hereditatem duobus reliquerit. & eos rogauerit ut uno ex his sine liberis mortuo ei qui superfuerit omnes hereditas adquiratur. uno ex ipsis sine filiis mortuo ad superstitem integra hereditas pertinebit. & si aliqui hii ipsi dum uiuunt pacisci de ea hereditate uoluerint id quod de pacta fuerint non ualebit. heres ante aditā hereditatē legatarius antequā legatū accipiat fideicōmissū p̄stare non possunt.

INT. Neq; heres antequam relictam sibi hereditatē adeat neq; legatarius antequam legatum quod ei dimissum .ē. accipiat aliquis per fideicōmissū de hoc quod illi relictum .ē. ad alias possunt transferre personas. Item fidei commissam si heres uindiderit eā quae sciens conparauerat. nihilhominus in possessionem eius fideicommissarius mitti iube desiderat.

(marginal note: accipiat aliquis de fideicommissu)

INT. Si rem quae per fideicommissum alicui relicta .ē. cuicūq; heres uindiderit & eam sciens relicta alii aliquis conparauerit. fideicōmisarius. in possessionē sibi deputatam. iure mitti deposcit.

Quotiens libertis fideicommissum relinquetur. ad eos tantūmodo placuit pertinere. qui manumissi sunt ut qui in eodē testamento libertatem inter numerū legitimū consecuti s.

INT. Si quando libertas fideicommissum relictum fuerit. his debetur qui manumissi sunt uel eis qui inter legitimū numerū libertatem fuerint consecuti. legitimus autē numerus .ē. q secundū legē fufia caninā custoditur.

Cui ab herede fidei commissum non praestetur: non solum in res hereditarias sed & in proprias heredis inducet. IST

IN̄ Ñ INDC. Ius omne fidei commissum non in uindicatione sed in petitione consistit.

IN̄. Quotiens fidei commissum relinquet sicut peti potest ita non potest uindicari.

II. DE SENATVS CONSVLTO TREBELLIANO.

Senatus consulto trebelliano prospectum ē. ne solus heres omnibus hereditariis actionibus honeretur. Et ideo quotiens hereditas ex causa fidei commissi res- tituitur actiones eius in fidei commissariu transferunt. quia unicuiq; damnosam eē fidem suam non oportet. ISTIN̄.

III. DE SENATVS CONSVLTO PAGASIANO.

Inter herede & fidei commissariu cui ex pagasiano hereditas restituitur partes & pro parte stipulatio interponitur. ut heredi instituta pro quarta actiones pcetetris uero portionibus fidei commissario conpetant.

IN̄. Inter heredem & eum cui hereditatem per fidei commissum iussu ē. reformare. Ista interposita stipulatione obseruandum ē. ut heres pro quarta quam sibi retinet quas tae partis excipiat actiones & fidei commissarius pro tribus tantum partibus quae ad eu ex hereditate perueniunt poneretur. Totam hereditatem restituere ligatus si quastam retenere solet magis ē. ut eum ex trebelliano debeat restituere. Tunc enim omnes in fidei commissarium dantur.

IN̄. Si is qui totam hereditatem per fidei commissu alteri reddere iussus ē. ut quastam sibi iure

concessam uoluerit retinere. necesse e. ut fideicommissario integrae hereditatem restituat. Quo facto sicut omnis hereditas ita ad eum omnes hereditariae transeunt actiones. Lex falcidia item q; senatus consultum pegasianum deducto omne aere alieno de eorum q; donis quartam residuae hereditatis ad heredem uoluit pertinere.

INT. Lex falcidia similiter & pegasiano senatus consultum. factam hereditarii debiti ratione & separatis his quae in honorem di ecclesiis relinquuntur. quartam hereditatis ex omnibus adscriptum heredem censuit pertinere. Qui totam hereditatem restituit cum quartam retinere ex pegasiano debuisset si non retinet repetere eam non potest. Nec enim indebitum soluisse uidetur. qui plenam fidem defuncto praestare maluit.

INT. His qui integram hereditatem fideicommissario restituit cum quartam sibi iure concessam iure retinere potuerit. postea eam repetere non potest quia nec aliquid indebitum soluit sed integram fidem defuncto exhibuisse uidetur.

XIIII. DE REPUDIANDA HEREDITATE.

Recusari hereditas non tantum uerbis sed & re potest & alio quouis iudicio uoluntatis. IST INT

Heres per magistratus municipales ex auctoritate praesidis fideicommissario postulante hereditatem adire & restituere conpellitur. IST INT N INDG. Fideicommissarius si adfirmet hereditatem & heredem nolle adire. absente eo interponi

decretum et inpossessionem mitti iure desiderat.
IST INT N̄ IN DG. Si is qui heres scriptus et al
teri hereditatem restituere iussus ē. adire heredi
tatem dissimulet. potest fideicōmissarius obtine
re ut is qui heres hoc ordine scriptus ē. heredita
tē adire et restituere iubeatur. Suspectā here
ditatem adire conpulsus omnia extrebelliano
restituet.

INT. Qui hereditatem quā restituere iussus ē.
adire dubitabat. si eā conpulsus fuerit.
integram eā fideicommissario re
formare conpellitur.

TIT V. DE INOFFICIOSI QVAERELA.

Inofficiosū dicitur testamentū quod frustra li
beris exheredatis non ex officio pietatis uidetur
ēē conscriptū. IST INT. N̄ IN DG.
Post factū a matre testamentū filius procreatus n̄
mutata ab ea cū possit uoluntate ad exemplū p̄teriti
inofficiosi quaerelā recte instituit.

INT. Si mulier post factū testamentū filiū pepererit. et tes
tamentū suum nato filio non mutauerit filius p̄teritus
de inofficioso matris testa mento agere potest.

Testamentum in quo imperator heres scriptus ē. inof
ficiosū argui potest eū enī qui leges facit pari maiesta
te legib; obtēperare conuenit. IST INT N̄ IN DG.
Qui inofficiosū dicere non potest hereditatem pe
tere non prohibetur. Ex casse heredis institutus
inofficiosum dicere non potest. nec interest. ē. ex causa

ne et ne sit hereditas qui apud eum quarta aut legis
faladiae aut senatus consulto pegasiani bene
ficio sit remansura.

INT. Si pater filium ex asse heredem instituat
et per fidei commisso aut legatum heredi
tatem ipsam totam diuersis distribuit, filius contra
patris testamentum de inofficioso agere non potest
quia quartam sibi aut legē faladiā aut p senatus
consulto beneficio retinebit. Quartae portionis
portio liberis deducto. aere alieno et funeris p̄s
tanda ē. ut ab inofficiosi querela excludantur.
eā quoq; libertatis portionem minuere placet.

INT. Quotiens faladia filius conputanda est
de asse hereditatis primo loco defuncti debitum
retrahitur. et expensa quae in funere eius praestata ē.
sed et conlatae libertates nihilominus debebunt.
et sic a liberis faladia id ē unius cuiusq; quartae
portionis portio debetur. Filius iudicio patris
si minus quarta portione consecutus sit ut quar
tā sibi a coheredibus fratribus ceteris inofficiosi
querelā impleat iure desiderat.

INT. Filio heredi scripto cui si ex ordinatione defuncti
patris quarta fuerit deputata si eminus
quā quarta portionis suae fuerit derelicta subple
ri ea sibi coheredibus fratribus iure desiderat.
quia in tali casu inofficiosi actio removetur.
Pactio talis ne de inofficioso testamento dicatur
querelā super iudicio futurā non excludit.

meritas enim liberos quam pactionibus adstringi. placuit qui in tale casu inofficioso actiorem mouet.

INT. Si talis pactio uiuo patre inter filios fiat ut post obitum patris de inofficioso filii non quaerant talis pactio non ualebit sed ei cui conpetit de inofficioso agere potest. Rogatus hereditatem restituere et si inofficiosi quaerelam instituerit fideicommissi non fit iniuria quartam enim solummodo hereditatis amittat quam beneficio senatus consulta habere poterat.

INT. Si ei qui a defuncto rogatus est ut relictam hereditatem alteri restituat de inofficiosi quaerelam instituerit actionem id quod fideicommissum est ut redderet ei cui reddere ius suum est penitus non peribit. sed illa e qui inofficiosi quaerelam proposuit quartam quam ex fideicommisso senatus consulto beneficio erat habiturus. suo uitio sed et heres institutus habens substitutum si de inofficioso dixerit et non obtinuerit non id ad fiscum sed ad substitutum pertinebit. ·/· p d et.

XVI. DE UICENSIMA.

Tabulae testamenti aperiuntur hoc modo. ut testes uel maxima pars eorum adhibeantur qui signauerit testamentum. Ita ut agnitis signis rupto lino aperiatur et recitetur atque ita describendi exemplum fiat potestas. ac deinde signo publico obsignatum in archiuum redigatur. ut si quando exemplum eius intercederit sit unde peti possit. IST INT N INDG.

Testamenta in municipiis coloniæ obpidis p̄fectura
uico castello conciliabulo facto. in foro uel basilica p̄
sentibus testibus uel honestis uiris inter horam secun
dā & decimā diei recitariq; debebunt. exemplo que
sublato ab eisdem rursus magistratibus obsignari
quorū p̄sentia constat apertū. IST INT Ñ INOG.
Testamentū lex statim post mortē testatoris aperiri
uoluit. & ideo quāuis sit rescriptis uariatum tamen
ā p̄sentibus intra triduū uel quinq; dies aperiendae
sunt tabulae. Ab absentibus quoq; intra eos dies cū
superuenerit. Nec enī oportet testam̄tum heredi
bus & legatariis aut libertatibus quā necessario uec
tigali morā fieri.

Ṣ VII. DE LEGE CORNILIA.

Qui testamentum falsū scripserit recitauerit
subiecerit signauerit subpraesserit amoue
rit resignauerit deleerit poena legis corniliae
de falsis tenebitur id. ē. in insulā deportatur.
IST INT Ñ INOG. Non tantum is qui
testamentū subiecit subpraessit deleuit. poena
legis corniliae cohercetur. sed & is qui sciens dolo
malo id fieri ius sit fiendūq; curauit.
Testamentum subp̄mit qui sciens prodensque
tabulas testamenti in fraudem heredum uel lega
tariorum fidei uel commissorum aut libertatū
non profert. IST INT Ñ INOG.
Subp̄mere tabulas uidetur qui cū habeat & p̄fer
re possit eas p̄ferre non curat. IST INT Ñ INOG.

Codicelli quoque si lateant nec proferant. sub p̄mi uide
buntur. Edicto perpetuo cauetur. Ut si tabulae
testamenti non appareant de earū exhibitione in
terdicto intra annum agi possit quod ad exhiben ·/· reddito
dum conpellitur qui sub p̄mit tabularum autem
appellatione chartae quoque et membranae
continentur. IST INT. N̄ IN DC.

VIII. DE INTESTATORV SUCCESSIONE.

Inter agnatos et cognatos hoc inter ē. quod in agna
tis etiā cognati continentur. Inter cognatos uero
agnati non conp̄henduntur. et ideo patruus et ag
natus ē. et cognatus. auunculus uero cognatus
tantum modo.

INT. Agnati sunt qui per uirilem sexum descen
dunt. cognati autem qui per femineū.
et ideo patrui uel patruorum filii et agnati sunt
et cognati. Auunculi uero et auunculorum filii
cognati sunt non agnati. si sint fratres defuncti.
et fratris filii uel nepotes. fratre non existente
filius fratris nepotes transfertur. IST INT N̄ IND.

Feminae ad hereditates legitimas ultra con
sanguineas successiones non admittuntur.
id q; iure ciuili uoconiana ratione uidetur ef
fectum. ceterum lex duodecim tabularum nul
la discretione sexus cognatos admittat.

INT. Feminae nisi fratribus consanguineis inter
statis aliter cum agnatis succedere non pos
sunt. quia nec cognati masculi ad successionem

intestatorum uocantur nisi quando agnatos deesse constiterit. sed deficientib; agnatis cum cognatis succedunt. Possunt feminę cum uiris quae aequalis gradus sunt iure succedere. In hereditate legitima successione locus non .ē. & ideo fratre tre decedente antequam adeat aut repudi& hereditatem patris filius admitta non potest. quia omissa successio proximiori defertur.

IN. Si quando quis intestatus moriat qui fratrem & fratris filium derelinquat ad fratrē non ad fratris filiū hereditas pertin&. quod si frat̄ defuncta hereditatem repudiauerit uel adire noluerit. tunc fratris filius hereditatem patrui sibi poterit uindicare.

Ab hostibus captus neq; sui neq; legitimi heredes ius amitat. post liminio reuersus quod & arcatos qui in insulam depostantur uel serui poenę effecti placuit obseruari p omnia in integrum indulgentia principali restituantur. IST. INT. N. IN OC.

Pro herede gerere .ē. distinatione futuri domini ali quid ex hereditariis rebus usurpare & ideo pro herede gerere uid&ur qui fundorum hereditariorū cultu ras rationesq; dispon& & qui seruus hereditariis iumtis reb; uel aliis utat. IST. INT. N. IN OC.

Ex pluribus heredibus hisdeq; legitimis siqui omiserint hereditatem uel in adeundo aliqua ratione fuerint impedita his qui adierunt ut eorū heredib; omittentiū portiones adcrescunt quod in herede institutoeū qui accepenit substitutum euenire non poterit diuersa enī causa .ē. scripta & legitimi.

INT. Si quando multa heredes legitimi fuerint
derelicti et aliqui eorum hereditatem praetermi
serint uel adire noluerint portiones eorum qui omise
rint uel adire noluerint his legitimis qui adierunt
adquiruntur. sed in herede constituto cui alter substi
tutus est. alia condicio est. quia in heredibus scriptis tes
tamenti ordo tenendus est. ut institutis de adeunda — uel substitutis
hereditate scripturae forma seruetur. Matres
tam ingenuae quam libertinae ciues romanae
ut ius liberorum consecutae uideantur. Ter et quater
peperisse sufficiat dum modo uiuos et pleni tem
poris pariat. IST INT N INDG.

Mulier si monstruoso aliquid aut prodigioso
enixa sit. nihil proficiat. non sunt enim liberi qui con
tra formam humani generis conuerso mo
re procreantur. Partum qui membrorum
humanorum officia duplicauit quia hac ratione
aliquatenus uidetur effectum partum matri prodesse
placuit. IST INT N INDG.

Septimo mense natus matri prodest. ratio enim
phitagori numeri hoc uidetur admittere. ut aut sep
timo pleno aut decimo mense partus maturior
uideatur. IST INT N INDG.

Abortus et abactus uenter partum efficere non
uidetur. IST LEX INT N INDG.

Libertina ut ius liberorum consequi possit quater
eam peperisse ut ingenuam sufficiat.

VIIII. AD SENATUS CONSULTO TERTULIANO

Latina ingenua ius quiritium co(n)sequuta si ter peperit ad legitimam filii hereditatem permittitur. Non e(st) eni(m) manumissa.

INT(ERPRETATIO). Ius quiritium e(st) hoc ciuitatem romana(m) consequutam. Ius liberorum mater habet q(ue) tres filios aut habet aut habuit aut neq(ue) habet neq(ue) habuit. Habet cui supersunt. habuit quia amisit. neq(ue) habet neq(ue) habuit quae beneficio principis ius liberorum consequuta e(st). IST(A) INT(ERPRETATIONE) N(ON) INDIG(ET).

X. DE GRADIBUS.

Primo gradu superiori linea continentur. pater mater. inferiori filius filia quibus nullae aliae personae iunguntur. IST(A) INT(ERPRETATIONE) N(ON) INDIG(ET).

Secundo gradu continentur superiori linea auus. auia. inferiori nepus neptis. transuersa frater soror. quae personae duplicantur. Auus enim et auia tam ex patre quam ex matre nepus neptis tam ex filio quam ex filia frater soror tam ex patre quam ex matre accipiuntur. quae personae sequentibus quoque gradibus. similiter pro substantia earum quae in quo gradu subsistunt ipso ordine duplicant(ur).

INT(ERPRETATIO). Istae personae in secundo gradu ideo duplices appellantur quia duo aui et paternus e(st). et maternus. Item duo genera nepotum s(unt) siue ex filio siue ex filia procreati frater et soror ex transuerso ueniunt id e(st) aut frater patris aut frater matris. qui aut patruus aut auunculus.

nominantur qui & ipsi hocordine duplicantur.
Tertiogradu ueniunt supra proauus. proauia. infra pronepus pronepas. & oblico fratris sororisq; filius filia patruus amita id·ē· patris frater & soror auunculus matertera. matris frater & soror. IST INF Ñ INOG.

INF. Quarto gradu ueniunt supra abauus abauia. infra abnepus abnepas. & oblico fratris & sororis. nepus nepas. patruelis. soror patruelis. id·ē· patrui filius filia. consubrinus. consubrina id·ē· auunculi materterae filius. filia amitinus. amitina. id·ē· amitae filius, filia item q; consubrini qui ex duabus sororibus nascuntur. quibus adcrescit patruus magnus. amita magna id·ē· aui paterni frater. & soror auunculus magnus. matertera magna id·ē· auiae tam paternae quam maternae frater & soror. hic exponi plus opus non est quam lex ipsa declarat. IST INF Ñ INOG.

Quinto gradu ueniunt supra qui dē atauus atauia. infra adnepus adnepas. ex oblico fratris & sororis. pronepus pronepas. fratres patrueles sorores patrueles. amitani amitinae consubrini consubrinae. filius filia proprius. subrinus subrina. id·ē· patrui magni. amitae magnae. auunculi magni. matersterae filius filia. his adcrescunt propatruus proamita. hi sunt proaui materni frat & soror. proauunculi s promatertera. hi sunt auiae paternae. maternęq; frater & soror. pro a iiii que.

materni haec species nec aliis gradibus quam scripta est nec aliis uocabulis declarari potest.

Sexto gradu ueniunt supra tritauus tritauia. infra trinepus trineptis. ex oblico fratris & sororis. abnepus abneptis. fratris patrueris. sorores patrueles. amitani amitanae. consubrini consubrinae. patrui magni amitae magnae auunculi magni materterae magnae nepus neptis propriori sosubrini. filius filia qui consubrini appellantur. quibus ex latere adcrescunt propatrui proamitae proauunculo promaterterae. filius filia adpatruus ad amita hi sunt abaui paterni frater & soror abauunculi sab matertera hi sunt abauiae paternae maternęq: frater & soror. abaui quematert... ii:

EXPLANARI AMPLIUS NON POTEST

Septimo gradu qui sunt cognati recta linea. supra infra quae propriis nominibus non appellantur. sed ex transuersa linea continentur fratres sororesue. adnepus adneptis consubrini filii filiae qi successiones. Idcirco gradus septem constituti. quia ulterius per rerum natura nec omnia inueniri nec uita succedentibus propagari potest.

INT. In his septem gradibus omnia propinquitatum nomina continentur. Ultra quos nec adfinitas inueniri. nec successio potest amplius propagari.

XI DE MANUMISSIONIBUS

Seruum communem unus ex dominis manumittendo

latinum facere non potest nec magis quam ciuem roma num cuius portio eo casu quo si proprius esset et ad ciuitatem romanam peruenire socio adcrescit. 167 165

INT. Si aliquis seruum comunem manumiserit eundem manumittendum nec latinū nec ciuem romanum facere potest. Et ideo portio eius manumissori perit. & alteri domino ex integro quasi eius tantū proprius fuisset adquiritur. Mutus & surdus seruū uindicta liberare non possunt. inter amicos tamen & per epistolam manumittere non prohibentur. Ut autem ad iustam libertatem peruenire possit condicione uindictionis excipi potest. Tormenta apud p̄sidem subiectus & de nulla culpa confessus ad iustā libertatē p̄duci potest. IST INT N̄ INOC.

Fidei commisso libertas data facto heredis non mutatur si seruum quem manumittere iussus ē. uixerit. INT. Per fidei commissum data libertas ab herede per hoc reuocari non potest. si seruum quem manumittere iussus ē. crimine obiecto uincla redegerit. Communem seruum unus ex sociis uinciendo futurae libertati non nocebit. inter pares enim sententias clementior seuiori p̄fertur. & certe humanae rationis ē. fauere miserioribus prope innocentes dicere quos absolute nocentes pronuntiare non possumus.

INT. Si communem seruum unus ex dominis in uincla redegerit. propter hoc libertati eius si postea manumissus fuerit non nocebit. quia in tali re indul

gentiores dominis sententia qui nihil in eum fe
cit melior iudicatur. Et ideo si ab utroq; domino
manumissus fuerit. ciuis romanus effici potest.
Debitor creditor ue seruum pigneris uinciendo
dediticium facere non possunt. Alter enim sine altero
causam pignoris deteriorem facere non potest. ISTINT Ñ IN
Seruus furiosi domini uel pupilli iussu uinctus dediticio
rũ numero non efficitur. quia neque furiosus neq; pu
pillus exacti consilii capax ẽ. ISTINT Ñ INDĞ
·/· uinceat nocet libertati sed al'i
Non tantum si ipse domini uinceri iubeat. aut uincien
tes procuratores actoresq; factum conprobat.
quod si antequam sciret uinctum solutione seius cau
sa adprobauerit. libertati futurae uincula non
nocebunt.
INT Si seruus non solum dominus sed procurator
eius uel actor in uincla redigerit. et dñs hoc iuste
factum adquieuerit futurae inpendit libertati.
Nam si eum ab actore legatum dñs solui pcepe
rit. futurae libertati non poterit inpedire.
Caeco curator dari non potest. quia ipse sibi pro
curatorem instituere potest. ISTINT Ñ INDĞ

XII. DE FIDEICOMMISSIS LIBERTATIBUS

Ea condicione heres institutus si liberos suos emanci
pauerit. omnimodis eos emancipare cogendus ẽ.
pro condicione enim hoc loco emancipatio uidetur
adscripta. Decedente eo a quo fidei conmisso liber
tas relicta ẽ. heredes sui eam praestare cogendi s̄.

INS i testator p fidei commissum seruu suu iusserit manumitti. & ita euenerit ut antequa manumissio daretur. is cui fidei commissa libertas e moriat. heres eius ad manumissione praestanda qua auctor suus daturus erat iure conpellitur.

Decedens seruus suis libertate dedit illu & illa liberos ee uolo eosq; filiis meis tutores do inpenditur, fidei commissa libtas qui a pupillis sine tutores auctoritate manumittere n possunt. & haberi ab; tutores tutor dari n potest. sed interim uice absentiu pupilli habebuntur, ut ex de cr&o amplissimi ordinis primu libtas ac deind tutela conp&ere possit. INT

Siquis moriens seruis suis libtate danda filioru fidei commiserit. eosq; filiis suis tutores ee pceperit. hoc ordine fidei commissa libtas aliquatenus inpendit. quia nec pupilli sine tutoris auctoritate seruos manumittere possunt. Et qui tutores a patre nominatim relictos habent. alios tutores habere n possunt. sed in tali casu ordinis consilio & ratione pspectu e. ut pupilli uelut absentiu uice dum libtas seruis tribuitur, habeantur. ut data his a iudice secundu forma testamenti primitus libtate. & ita tutores ee pualeant. AD LE

XIIII GEM FUFIA CANINAM Nominatim serui testamento manumitti secundu lege fufia possunt. nominatim autem manumittere intellegitur. hoc modo. stacus liber esto. cu autē obsonatore. ut qui ex ancilla nascitur; liberu ee uolo. ex orficiano. senatus consulto. p inde libtas conp&it. ac si nominatim data sit. officioru enim & artium appellatio nihil de significatione nominu mutat. nisi forte plures sint qui eo officio designentur. Tunc enim nomen adiungendum est. ut eluceat de quo testator sensis se uideat.

Codicelli testamento confirmati datae libertates cum his quae tabulis testamenti datae sunt concurrunt. & siue antecedant siue sequantur. testam̄tū nouissimo loco adhibetur. quia ex testamento utraque confirmantur. INTERP̄

Quotiens p̄ testamentū & p̄ codicellū libtates dantur. qui in codicello manumissi sunt. siue ante testamentū factus sit codicellus. siue postea & testamento confirmatus sit. posteriori loco tamen habendi sunt. qui p̄ codicellū fuerint manumissi. & ideo cōputatis primo qui testamento manumissi sunt. tum illi qui in codicellis nominantur. manumissi. & si maior numerus p̄ codicellū quā in lege fusia canina continetur. illi libtate p̄dunt qui in codicellū sup̄ legitimū numerū manumissi inueniuntur.

Quotiens numerus seruorū ppt̄ legē fusiam caninā ineundus ē. fugitiui quoque. quorū semp̄ possessio animo retinetur. conputandi sunt. IST INR̄ N̄ INDIGET

Lege fusia canina cauetur. ut certus seruorū numerus testamento manumittatur. sub ducas igitur duobus. usq; ad decem pars dimidia. a decem usq; ad triginta pars tertia. usq; ad centū pars quarta. a centū usq; ad quingentos. pars quinta. plures autem quam centum ex maiori numero seruorū manumitti non licet.

IST INR̄ N̄ INDIḠ EXPL. IULI ~~PAULI~~ PAULI SENTENTIARUM LIBER IIII

INCIPIUNT CAPL̄ DE LIBRO: V.

EXPLICIUNT CAPITULA DE LIBRO QUINTO.

INCIPIT LIBER QV̄INT̄

I DE LIBERALI CAUSA.

Qui contemplatione extremae necessitatis aut elementorū gratia filios suos uindiderint. statuis ingenuitatis eorū non p̄iudicat. Homo enim liber. nullo p̄tio aestimat̄. idē nec pignori ab his aut fiduciae dari possunt. Ex quo facto sciens creditor deportatur. Opere tamen eorū locari possunt.

IST̄ INT̄ N̄ IN DOḠ. Veritati & origini ingenuitatis manumissio. quocumque modo facta non praeiudicat.

INT̄ Quicumque ingenuā p̄sonā fraudis studio manumittendam. ēē crediderit. p̄iudiciū ex hoc ingenuitas non incurrit. Discriptio ingenuorum ex officio fisci. inter fiscalē familiā factā ingenuitati non p̄iudicat. IST̄ INT̄ N̄ IN DOḠ

Qui metu. & inpressione alicuius terroris apud acta p̄sidis seruum se ēē mentitus ē. postea statū sui defendentin p̄iudicat. Post susceptū liberale iudiciū. si assertor causam deseruerit. in alium assertorē omne iudicium

transferri placuit. In priore uero quod pro dendae libtatis gratia
factū ē. extra ordinē uindicatur. Non enim oportet susceptam sta
tus causam nulla cogente necessitate distitui. DE USU CA
PIONE. Possessionē adquirimus. & animo & corpore.
animo utiq; nrō. corpore ut nrō ut alieno. sed nudo animo ad
ipisci quidem possessionem non possumus. retinere tam nudo a
nimo possumus. sicut in saltibus hibnis aestiuisq; contingit.
INTERP. Aliqua sunt quae animo & corpore ea possidem̄.
quae in psenti tenere uidemur. ut utimur. aliqua quae tantū
animo & corpore ea possedemus quae in longinquo posita
sunt. & in nrō iure consistunt & ea propri&ati nrāe possu
mus uindicare. p liberas psonas quae in potestate nrā sunt.
adquiri nob nihil potest. sed p pcuratorē adquiri nob posses
sionē posse utilitatis causa receptū ē. absente autē domino con
parata non aliter ei quā si ratū sit quaeritur. INTERP.
Per liberas psonas quae nob nulla condicione obligatae sunt.
adquirere nihil possumus. sed p pcuratorē adquiri nobis
possessionē certū ē. Nam si aliquid absente domino fuerit
conparatū non aliter ei adquiritur. nisi hanc ipsam uenditi
onem sibi acceptā dominus ēē confessus erit. Longi autem
temporis prescriptio. inter psentes continui decennii spa
tium. inter absentes uicennii conphenditur. Uigintian
norū praescriptio. &iā aduersus rempublicā pdesse ei
qui iustū initiū possessionis habuit. nec medio tēpore inter
pellatus ē. actio tamen quanti ei inter ē aduersus eos rei
publicae datur. quia negotia defendere neclexerunt.
INTERP. Utriusq; uiginti annorum non rep&it xpos
sessio. si tam iustū possedendi initiū intercessisse pbatur.

possessori pderesse certu e. Iustu aute initium e emptionis here ditatis donationis legati fidei commissi. & ceterarum reru similiu quae p legitimas scripturas atq; contractos ad ius uniuscuius que dominiu transire noscuntur. huius aute rei praescriptio inter psentes decenniu e. Inter absentes uero uicennii conputatur. Si p motam intra tepora quaestione res ad nouu dominiu emptione transierit. p eas p uiginta annos fuerit inquietatus. auelli ei possessione non oportet. IST IN R N

IIII De his q p turbam fiunt

In eos qui p turba seditioneq; damnu alicui dederint. damnu ue curauerint siquidem res pecuniaria e aestimatione dupli sarcia tur. quod si ex hoc corpore alicuius uitae membris ue noceatur extra ordinem uindicatur IHR P

Si aliquis collecta multitudine aut concitata seditione da num cuicumq; intulerit. si pecuniae damnu fiat dupli redibutione conponitur. pma si corpus alicuius ut membra caede pulsata fuerint. huiusmodi admissum á iudice uindicatur. Quic quid ex incendio ruina naufragio nauiq; expugnata rap tum susceptu sub praessum ue erit. eo anno in quadruplu eius rei quamquis sub praesserit. celauerit aperuerit con uenitur. postea uero in simplum IST IHR N

Hi qui raedes aliquas uillasq; expilauerint effregerint ex pugnauerint. siquidem id turba cu telis coacta fuerit capite puniuntur. teloru aute appellatione omnia ex quibus saluti hominis nocere possunt accipiuntur IST IHR NIHDG

Receptores adgressorum itemq; latronu eadem poena adficiuntur qua ipsi latrones sublata enim susceptoribus crassantium cupido conquiescit IST IHR N IN DG

Fures uel raptores balnearum plerumque in metallum aut in opus publicum damnantur. Nonnumquam pro frequentia admissorum iudicantis sententia temperatur. IST INTR NON INDIG.

Incendiarii qui consulto incendium inferunt summo supplicio adficiuntur. quod si incuria eorum ignis euaserit; duplo conpendio damnum eorum sarciri placuit. INTRP.

Si aliquis malitiae studio incendium miserit, de hoc crimine conuictus poenis grauissimis iubetur interfici. quod si per neglegentiam factum incendium conprobetur, damnum quod cuicumque inlatum fuerit. res quae incendio perierit, dupli satisfactione sarcitur. DE INIURIIS

IIII Iniuriam patimur aut in corpus aut extra corpus. in corpus uerberibus et inlatione stupri. extra corpus, conuiciis et famosis libellis. quo ex affectu uniuscuiusque pacientis et facientis aestimatur. IST INTR NON INDIG

Furiosus itemque infans affectu doli et captu contumeliae carent. idcirco iniuriarum agi cum his non potest. IST INTR NON INDIG

Si liberis qui in potestate sunt aut uxori fiat iniuria nostra interest uindicare. ideoque per nos actio inferri potest. si modo is qui fecit iniuriam nostram id fecisse doceatur. IST INTR NON INDIG

Corpori iniuriam infertur cum quis pulsatur. cuique stuprum infertur. aut de stupro interpellatur. quae res extra ordinem uindicatur. Ita ut pulsatio pudoris poena capitis uindicetur.

IST INTRP NON INDIG

Sollicitatores alienarum nuptiarum itemque matrimoniorum interpellatores. et si effectu sceleris potiri non possint. propter uoluntatem perniciosae libidinis. extra ordinem puniuntur. Iniuriam actio aut more aut lege. aut more aut mixto iure intro.

ductae ē lege duodecim tabularū de famosis carminibus mem-
bris ruptis & ossibus fractis IST̄ INR̄ N̄ INDḠ
Moribus quotiens factum · p qualitate sui arbitrio iudicis
aestimatur · Conquerentis poenae supplicio uindicatur
IST̄ INERP̄ N̄ INDIGET
Mixto iure · actio iniuriarū & lege cornilia constituitur;
Quotiens quis pulsatur ut cuius domus introitur · ab his qui uul
go derectarii appellantur · in quos extra ordinē animaduer
tentur · Ita ut prius ingruentis consiliū p modo cōmente fraudis
poena uindicetur · exilii autem & ulli aut operis publici
Iniuriā ciuiliter damnatus · eiusq; aestimationē inferre ius
sus famosus efficitur · INERP̄
Qui p iniuria mediocri aestimate iniuriae dānū subire conpel
litur · quāuis ciuiliter uideatur addictus · tamen infamis
efficitur Atrox iniuria · aestimatori aut loco aut tēpore
aut p sona · loco · quotiens in publicū inrogat; Tempora quo
tiens interdiu · persona · quotiens senatori ut equiti romano
decurioni · ut alias spectate auctoritatis uiros, & si ple-
beios ut humili loco natus · senatori ut aequiti romano decu
rioni · ut magestratui ut · aeduli · ut iudici quilib& horum
ut si his omnibus plebeius · IST̄ INR̄ N̄ INDḠ
Qui p calūnia iniuriae actionem instituit · extra ordinē pu
niuntur; Omnes enim calūniatores · exilii ut insulae reli
gationes · aut ordinis amissione puniri placuit ·
Iniuriam · non nisi p̄sentes accusare possunt · Crimen enim
quod uindictae aut caluniae iudicium expectat · p alios in
tendi non potest IST̄ INRP̄ N̄ INDḠ
Fit iniuria · contra bonos mores · i ut uti si quis fimo corrup

tus aliquit pfunderit . ceno luto obliuerit . aquas porga
uerit . fistulā lacus . quidue aliud iniuriam publicā contami
narit inquos grauiter animaduerti solet IST IN R P̄ IN

Qui uero p praetextato stuprū . aliud ue flagitium abducto abeo
ut corrupto comite psuaserit . mulierem puellā ue
inter pellauerit . quidue pudicitiae corrumpende gratia
fecerit . donū pbuerit . praetium ue quo id psuadeat de
derit . pfecto flagitio capite puniuntur ; Inpfecto in
insulam deportatur ; Corrupti comites summo suppli
cio adficiuntur IST INR N̄ INDG

Psalterium quod uulgus canticum dicitur . In alterius infa
mia conpositum . & publicae cantatū . Tam in eos qui hoc can
tauerint . quā in eos qui conposuerint . extra ordinem uindi
catur ; Coacrius si psonae dignitas abhuc iniuria defen
dendae sit IST INR N̄ INDG

In eos auctores qui famosos libellos in contumeliā alteri
us pposuerint . extra ordinem usque ad relegationem
insulae uindicatur ; Conuitiū iudicii ab appellatoribus
fieri n̄ oportet . Alioquin infamio notantur IST IN N̄

Maledictum itemq; conuicium publicae factū . ad iniuriae
uindictā reuocatur . Quo facto . condemnatus infamis
efficitur IST INR N̄ INDG

Non tantum his qui maledictū aut conuiciū ingesserit .
iniuriarum conuictus . famosus efficitur ; sed & is cuius
ope consilio ue factum ee dicitur IST INR N̄ IN

Seruus qui iniuriam aut contumeliam fecerit . siquidem
atrocem . in metallum damnatur ; siquidem leuem . flagel
lis caesus . sub poena uinculorum temporalium domino

restituitur ISTA IN R N INDIG

XV. DE EFFECTU SENTENTIARUM ET FINIB; LITIUM

Res iudicatae uidentur ab his qui imperium potestatemq; habent. ut qui ex auctoritate eorum inter partes dant. Itemq; magistratus municipalis usq; ad summam qua ius dicere possunt; Itemq; ab his qui ab imperatore extra ordinem petuntur. Ex conpromisso autem iudex sumptus rem iudicatam non facit. sed si poena inter eos promissum sit. poena rei in iudicium deducta ex stipulatu peti potest.

Confiteri quis in iudicio non tantum sua uoce. sed et litteris et quocumq; modo potest; Conuinci autem non nisi scriptura aut testibus potest.

Eorum qui debito confessi sunt. pignera capi et distrahi possunt. eamq; altera parte absente. decernentur uim rerum iudicatarum non obtinent. ISTA IN R N INDIG

Ter trinis litteris ut edictis. aut uno pro omnibus dato. aut trina denunciatione conuentus. nisi ad iudicem aliquid sibi denunciatum est. aut cuius litteris ut edicto conuentus est. uenerit quasi in contumacem dicta sententia auctoritatem rerum iudicatarum obtinet; quin immo nec appellari potest

INTERPRETATIO

Quicumq; tribus auctoritatibus iudicis conuentus ut tribus edictis ad iudicium fuerit prouocatus. aut uno pro omnibus peremptorio id est quod causam extinguit fuerit euocatus et praesentiam suam apud eum iudicem a quo ei denuntiatum est exhibere noluerit aduersus eum quasi in contumacem iudicari potest. quin immo nec retractari per appellationem negotia possunt. quotiens in contumacem fuerit iudicatum

Ab ea sententia quae aduersus contumaces datae neque
appellari neq; induplum uocari potest IST I IN̄R N̄ IN
Res olim iudicata post longū silentiū in iudiciū deduci n̄
potest. nec eo nomine induplū reuocari. longū autem
tempus exemplo longe prescriptionis. decennii inter p̄sen
tes & inter absentes uicennii. IST INR̄ N̄ INOG
In causa capitali absens nemo dānatur. neq; absens p ali
um accusare aut accusari potest IST INR̄ N̄ IN
Falsis instrumentis religio iudicis circumducta. si iā dicta
sententia prius de crimine admisso constiterit. eius causae
instauratio iure deposcitur. VI. DE INTERDICTIS
Retinendae possessionis gratia conparata sunt. inter
